


**Medicorum Silesiacorum Satyrae, Quae Varias Observationes, Casus, Experimenta, Tentamina Ex Omni Medicinae Ambitu Petita Exhibent ...**


**Specimen VI**

Wratislaviae: Lipsiae: Korn, 1738

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn821936794>

Band (Druck) Freier  Zugang






Linnæus dreizehn Lfth.

Ma - 3605.





MEDICORVM  
SILESIACORVM  
**SATYRAE,**  
QVAE  
VARIAS  
OBSERVATIONES,  
CASVS, EXPERIMENTA,  
TENTAMINA  
EX-  
EX OMNI MEDICINAE AMBITV  
PETITA,  
EXHIBENT.  
SPECIMEN VI.

---

WRATISLAVIÆ ET LIPSÆ.  
IMPENSIS JOH. JACOBI KORNII,

1738.

5

SENECA.

SANE MULTVM ILLI EGERVNT,  
QVI ANTE NOS FVERVNT,

SED NON PEREGERVNT:

MULTVM ADHVC RESTAT OPERIS,  
MULTVM QVE RESTABIT,

NEC

ILLI NATO POST MILLE SECVLA,  
PRAECLVDETVR OCCASIO

ALIQVID ADIICIENDI.

2



## OBSERVATIO I.

*Anno 1737. Wratislavia demortuorum  
Index.*

**N**ullam calamitatem solum irruere, dici solet prouerbio, cuius ueritatem Silesia nostra satis experta nunquam non deplorabit acerbissimis lachrimis, annum 1736. & proxime sequentem, in memoriam sibi reuocans. Leui saltem penicillo præcipuas, quæ patriam presserunt Calamitates physicas *Specim. III. Obs. V. pag. 38. seqq.* SATYRAR. NOSTR. adumbrauimus, quia quasi diuinando augurabamur, ne has quidem solas fore, sed alias adhuc forte funestiores post se tracturas. Metum non sine ratione sic conceptum sequens annus satis iustum fuisse probauit. Inconueta his oris humida tempestas diuturnior, annonæ caritas, eiusque filia fames horrenda, aquarum littora ubique transeuntium vis, longa earum super planitiem mora & subsequens putredo, fœtor, corruptio, & id genus alia, quid, quæso, comites



mites vel umbram secum habere potuerint nisi *Epidemicos Morbos*, eosque periculosos, ingentem mortalium numerum vita migrare iubentes. Amplius sane est & conspicuus *Wratislauia demortuorum*, & ibidem, in parochiis Aug. Conf. inclyti Magistratus iurisdictioni parentibus, sepultorum, *Index*, qui facile, si numerus adderetur apud Catholicos terræ mandatorum, longe maior, & ad minimum, vt relationes Collegio Sanitatis, Illustrissimum Silesiæ STATVVM decreto, iubente SVMMO PRINCIPE, demum erecto, singulis septimanis exhibitæ, docent, duabus tertiis auctior euaderet. Non ita tamen, secundum quorundam hyperbolicum calculum excreuit, vt singulis, ne dicam diebus, sed septimanis, ultra quinquies centum, prout maleuolorum rumor in vulgus sparfit, excesserint vita, quare mirum non est, exterarum Nouellarum confarcinatores, vel falsis relationibus ab ipsis admodum meticulous incolis forsan profectis seductos, vel detestanda quadam *ἐπιχαίρεκακία* stimulos, impudentissima mendacia, ac si Wratislauia nostra ipsa Peste infesta esset, ebuccinasse. Facilius tamen aut error aut malitia dictorum homunciorum ob omnium oculos poni, & in ruborem dari non potest, quam demortuorum *indice genuino*, exhibito, publica Inclyti Senatus autoritate typis mandari singulis annis solito, qui sequens est: *Mortui enim*

enim

enim sunt in omnibus Parochiis, aliquoties  
iam *specimine* videlicet *1. Obs. 1. Specim. III. Obs. 1.*  
nominatis

*A die 25. ad 31. Decembris,*

*An. 1736. - - - 36*

*An. 1737.*

*Mense Januario, - - 177*

*Februario, - - 166*

*Martio, - - 265*

*Aprili, - - 520*

*Maiio, - - 520*

*Junio, - - 346*

*Julio, - - 261*

*Augusto, - - 205*

*Septembri, - - 141*

*Octobri, - - 158*

*Nouembri, - - 167*

*Decembri, - - 121*

*ad diem videlicet, 24.*  
*eiusdem.*

Qui summam conficiunt MMM LXXXIII.  
Inter hos vero notabantur 853. *Viri*, 443. *Vxores*,  
523. *Vidua*, 210. *Iuvenes*, 210. *ibidem*, quod no-  
tatu dignum est, *Virgines*, 409. *Pueri*, ante de-  
cimum aetatis annum extincti, 385. *Puellae*,  
paris conditionis, 29. *Pueri*, antequam nasce-  
rentur, vita priuati, 21. *eiusmodi Puellae. Nati*

A 3

e con-

e contrario sunt 518. *Pueri*, & 531. *Puellae*, id est, M XLIX, personæ. Maior igitur est demortuorum numerus huius anni, 1476. capitibus, numero anni proxime præterlapsi, natorum vero 324. minor. In Xenodochium O. O. Sanctorum (\*) *aegroti* sunt deportati 932, quorum 643 cum sanitate iterum in gratiam redierunt.

## SCHOLION.

Arcte sanitatis negotium, et Atmosphæ-  
ræ corpora nostra cingentis conditio, inter  
se cohaerent; Id non omnes saltim pruden-  
tiores Medicinæ Proceres fatentur, sed et ip-  
sa Ratio experientia quotidiana egregie ful-  
ta, non docet tantum, sed credere iubet. Ex-  
posuimus anni 1736. statum pluviosum, fri-  
gidum, miras et maxime perniciosas in trans-  
pirationis insensibilis actu alterationes exci-  
tantem, mentionem etiam iniiecimus fre-  
quentis exundationis, et longioris aquae su-  
pra terram stagnantis moræ, qua factum est,  
ut tellus ingentem humidi tot particulis he-  
terogeneis, putridis, foetidis imbuti copiam  
imbiberet. Hyems deinde, neq; adeo con-  
stanter frigida, neque ut solet sicca, sed potius  
humi-

(\*) Sciendum est hunc locum iam a duobus fere sæculis  
publicis sumptibus destinatum esse curandis absque mer-  
cede aegris pauperibus, & in eorum gratiam Medicum,  
cui Pestilentiarum nomen imponitur, & Chirurgum ali  
stipendio.

humida, pluuiosa, inconstans, uento ut plurimum regnante Austro, vel ex plaga inter meridionalem & occiduam media, per aliquot menses continuo spirante, turbata accessit, labefactatam iamiam corporum humanorum dispositionem, in dies peiorem reddens. Ver postea subsequens tepore suo aerem leuiorem efficiens, (\*) et occlusos intra terrae viscera

A 4

vapo-

(\*) Aeris vltra modum rarefacti leuitatem, quo maiorem eo periculosiorem, Epidemicarum februm causam fere solam esse, imo ipsius Pestis, si non generationi, attamen insigni vehementiae prae caeteris ansam dare, experientia rerum Medicarum vnica magistra probat, & curioso sane experimento a priori quasi demonstrauit, natiuitate Wratislauenfis D. J. G. KVLMS, Medicus Dantiscanus celeberrimus, in *Epist. II. ad D. C. HOELMANNVM* Med. Wratsl, 1710. die 6. Ianuar. de peste Dantiscana anni 1709. exarata, & demum secunda vice a D. J. KANOLDO in den Sendschreiben einiger Medicorum von der 1708. in Preussen u. graßirten Pestilenz. (Wratsl. 1711. 4to.) publicata. Locus huc pertinens occurrit p. 17. seqq. Er läßt sich, inquit laudatus Autor, diese Veränderung des Fluidi aërei, in quo vivimus, zu solcher Zeit satzsam mercken und empfinden. Es bestehet aber in nichts, als in attenuazione & rarefactione desselben, welches die Obseruationes Barometricæ Curiorum zur Bewunderung gezeigt haben. Denn da ist in diesem Sommer allhier der Mercurius von der Luft bis  $96\frac{1}{2}$  Grad gedrückt worden, welches nicht einmahl in dem vorigen allerhärtesten Winter geschehen war, und

vapores humidos, putridis maxime particulis gravidos, expellens, malo perficiendo, & in actum deducendo, quod iratum nobis Numen per biennium fere minatum est, ultimam

und sonst insgemein zu der schönsten Sommerszeit nicht über 70. Grad zu bekommen pflegt. Und eben dieses soll auch damals in Thorn geschehen seyn, referente mihi certo quodam Theologo illius Loci. Unterdessen war der vergangne Sommer, dem Ansehen nach, für sich weder zu warm, noch zu kalt, nicht zu trocken, und auch nicht zu naß, und, wie man zu reden pflegt, ein schönes Sommer-Gewitter; & ioreea pestifera. Woher? Ich glaube ab ista summa attenuazione & rarefactione Aëris (NB. Hier scheint der Autor nicht simpliciter Aërem zu verstehen, sondern die ganze Atmosphaeram, weil es sonst mit den Observationibus Barometricis nicht zusammenstimmet.) qua factum, ut etiam in ulla corporibus humanis, quorum Energia Naturae ad eiusmodi celeres motus vitales subeundos non sufficiebat, (Denn in dünner Luft muß ich tieffer und celerius, als in dicker respiriren:) talis summe actiua corruptio Sanguinis, (attenuationi aëris analoga, exorta fuerit. Et hinc ratio petenda, warum zu solcher Zeit alle Leute in die Pest, und fast niemand in eine andre Krankheit verfallen: Denn die Constitutio aëris läßets nicht zu, weil quicquid corrumpitur in Corporibus (es sey dazu die Gelegenheit, was es immer

mam quasi manum imposuit. Fieri namque aliter non potuit, quin demum corpora, tot aerae mutationibus obnoxia, tantas in transpirationis negotio ataxias passa, tam parcis

A 5

apud

immer wolle) alsdenn taliter corrumpiret wird, & non aliter, worauf auch talis, & non alius morbus erfolget. Wiewohl ich zu der Zeit etliche andere Affectus observiret, alt parcissime. Durch solche Epidemicam constitutionem fluidi aërei worden nun diejenigen zuerst krank, welche dazu am meisten incliniren; hinc morbus pestilens in vno atque altero corpore: kommts nun, daß einer davon erstirbt, so gehet diese putredinola corruptio durch den ganzen Leib, und inficiret alles was um und an ihm ist: Denn der ganze Körper ist putredo sphacelosa. Inde contagium, daß alle, die in demselben Hause seynd, wo sie occasionem s. ansum, contagium recipiendi dazu geben, entweder daß sie sich nicht præservatoriis remedijs dafür beschützen, oder daß sie gar zunaher sich hinzu begeben, und mit Furchtsamkeit den Patienten bedienen, oder Sachen, die der Patient in seiner Krankheit gebrauchet, absonderlich Kleider, Linnen, Bette ic. zu sich nehmen, in similem morbum verfallen. Und auf solche Weise wird ex una domo infecta zwey, ex duabus plures, und wenn einer in Febre pestilentiali erstirbt, inficiret er noch zwey andre, diese 2. wieder noch 4. andre, & sic in infinitum, dadurch denn, wenn es soweit kommt, daß in einer Woche allein soviel 100. sterben, daß Contagium groß und offenbar gemung ist, und alsdenn keiner läugnen kan, daß das

apud plerosque, et naturae adversis alimentis, dicere non audemus, nutrita, sed infarcta, vires demum omnes amitterent, fibrarum laxitatem totumque remissum conciperent, ctas-  
fos

Das Contagium mehr, als die constitutio aëris epidemica schade, ic. Und rebus sic stantibus kan man mit Wahrheit sagen, daß das Gift aus dieser (scil. in hoc loco,) Luft aufgefungen werde, und materialiter den andern inscire. Wer nun solcher Gelegenheit nicht fliehet, und noch dazu furchtsam ist, der giebet an sich recipiendi Contagium; dahingegen derjenige, so unerschrocken und herzhafft ist, und noch dazu sich Wohl in Acht nimmet, auch stets dahin strebet, ut corpus suum sanum maneat, und bey dem geringsten Uebelbefinden sich praeseruiret, attamen non remediis calidis alexipharmacis & bezoardicis, sed temperantibus, plus motus, quam materiam corporis, corrigentibus, praecipue ut omnes excretiones ordinarie procedant; sich mit leichter Mühe, sonder Gefahr in der Pest erhalten kan. Quae mutatis mutandis, egregie nostrae constitutioni Epidemicæ anni 1737. quadrare, & maximam partem adplicari posse nobis videntur. Quis enim est, qui recentiorum principiis aerometricis imbutus nesciat, aëre existente *gravi non pluere*, e contrario, decidentem *pluviam* infillibile signum esse *aëris leuioris*. Id insuper demonstrat Barometrum, Mercurius enim premitur altius coelo existente sereno, quam nubilo & pluuioso, ita vt iam termini sint relativi, Aër serenus & grauior, pluuiosus & leuior, fieri etiam aliter non posse docet abunde Hydrostatica. His ita positis, nemini ignotum porro credimus, palmariam Februm nostrarum  
Epi-

fos humores & crudos generarent, superfluas excrementitias particulas intra corporis meatus retinerent incarceratas, et ideo, quo lentiori, et pertinaciori magisque periculoso modo, ad morbos gravissimos, vix ac ne vix quidem superabiles, artique difficulter parentibus præparentur. His præmissis abunde patet, quare anni 1737. Mensis *Januarius* fatis magnum hominum numerum rapuerit, et cur subsequens *Februarius*, tanquam frigidiori et magis constante aëris temperie gaudens mitior fuerit. *Martius* deinde admodum inconstans, aura tepescente, mox iterum fatis frigida facta, inconstanti, pluuiosa, numerum mortuorum multum augens, et alias apud nos male audiens, *Aprilis* & *Maius* utriusque frigido et humido, longe tamen inferior atrocitas fuit. Mortis vero messis omnium uberrima fuit a medio Aprilis ad medium Maii et quidem, quod posterioribus Aprilis et prioribus Maii hebdomadibus continuo fere pluuiam frigidioribus nubes plorabant, quum vero postremis Maii septimanis constantior tempestas, coelum serenius fieret, atque blandus auræ calor (\*\*\*) rediret,

---

Epidemicarum existendi rationem, quia quasi manibus palpari, & consulto tubo Torricelliano, oculis cuiuslibet cerni potest.

\*\*) Nos eo tempore a Collegis nostris, iisque nec indoctis plus simplici vice risu exceptos probe recordamur, quum nos credere fateremur; redeunte aëris calore, eoque



ret, epidemica februm lues paululum vehementiae perdidit. Quia deinde succedens *Junius* prioribus duabus septimanis iterum pluuiosus et iusto algidior factus, mox numerus decedentium, ultimis Maii septimanis iam paululum minor, quam antea existens, auctus est, donec aestatis feruor aerem ficciorem redderet, et ideo singulis subsequentibus mensibus quantitatem mortuorum minueret. Immo mensis *September*, alias satis pingues vespilloni reditus adferens, hoc anno omnium parcissimus fuit, et quidem, quod tam calidus, amoenus, et constanti tempestate praeditus erat, quam uix interdum exhibuit, Augustus. *November* demum frigidus et ultra modum pluuiosus, copiosiores rursus secum adtulit mortes. Quod autem fuerit Morbi Genus adeo furibundum, sequentes uberius exponent obseruationes. Plures haud iniucundas, haud inutiles meditationes ex eiusmodi demortuorum indicibus

etque constanti, Febres Epidemicas futuras mitiores, nisi plane cessuras, quia plurimis plane contrarium persuasum erat. Putabant enim calorem aeris maiorem humoribus corruptionem impressurum, eosque ad celeriore putrescentiam dispositurum. Quia uero nos conceptam semel sententiam aeris leuitati, & eius incongruo, inconstanti atque in consueti frigido statui, alterataeque per eundem transpirationis libertati superstruximus, exitus facile nostram praedictionem ueritati consentaneam probauit, nobisque hos perfectiori iure deridendi subministravit occasionem.

cibus deductas, subministrant Excell. KVND-  
MANNI nostri *Rariora Naturæ & artis in Apendice*,  
quas vt legat attentius relegatque Lector,  
est quod optamus, nobis enim in angu-  
stiores terminos coactis, plura non licet  
addere, praeter sequentia consecutaria: I.  
Tempestas pluuiosa morbos apud nos excitat  
Epidemicos, eosque periculosiores, quo co-  
piosius et diuturnius cadit pluuiua; II. Mortes  
frequentiores esse tempestate, nimium plu-  
uiosa et frigida, quam calida et sicca; III.  
Tempestas turbida et pluuiosa in aestatem  
incidens, magis nocet corporibus, quam ve-  
re et autumno; IV. Ventus ex australi, et  
austr-occidentali plaga diu spirans, pluuiam  
generat, corporaque reddit laxa, morbosa,  
et ad dissolutionem humorum pronâ; V. In-  
undationes crebrae, uehementes et pericu-  
losos post se trahunt morbos; VI. Calor et  
Siccitas atmosphaerae, unica fere sunt re-  
media, morbis, ex tempestate ultra modum  
moremque humida, corpora ad fluidorum  
dyscrasiam disponente, ortis, obicem po-  
nentiâ; VII. Quo copiosior cadit pluuiua, eo  
leuior existit aër: quo leuior aër, eo euiden-  
tius tollitur aequilibrium inter partium cor-  
poris nostri tam continentium quam conten-  
tarum reactionem, et aëris incumbentis im-  
pulsus: hoc vero sublato aequilibrio, trans-  
pirationis insensibilis liber progressus in-  
signiter laeditur, quo laeso sanitas ipsa mox  
peri-

periclitatur, solent enim fermenti ad instar, retentae intra meatus corporis humani particulae superfluae, excrementitiae, falsae, amarae, acidae, urinosae, mucidae, oleosae, terrestres, orgasticae, sulphureae, et sexcentae aliae, omnem humorum massam inficere corrumpere, et ad plenariam craseos dissolutionem disponere, atque sic Naturam, ut labi conceptae, omnibus ab *αυτοκρατία* sua pendentibus motibus, obuiam eat, stimulare, excitare. En breuem, legitimam, nec, ut opinamur, incongrue ex prima stirpe deductam *Luis Epidemica Genealogiam*.

## OBSERVATIO. II.

*Succincta Februm Epidemicarum Wratisslaviae 1737. grassatarum Historia.*

**M**Ox quidem circa anni 1737. incunabula *febres* quaedam *acuta* epidemice grassantes, non tanta tamen frequentia vel atrocitate, quanta paulo post, sese exercebant. Incipiente. Vere et demum adultiori facto, morborum vis ad extremum vehementiae gradum perducta est, adeo ut paucae domus paucioresque familiae reperientur, quae non aegros quosdam alerent, aut mortuum efferre, charaque pignora lugere necesse haberent. Æstas demum furorem iterum satis notabiliter blando aëris calore sopiens, metum maioris peri-

periculi hominibus excussit, quamvis negari non potest, reliquum anni tempus febribus eiusmodi acutis non fuisse ab omni parte uacuum. Magis igitur mirandum est, ex tot millibus aegrorum non plures abiisse, quam qui reuera mortui sunt. (\*) *Aetas* siue iuuentuti, siue senectuti proximior, nemini qui-

- \*) Superiori adparet obseruatione, in Parochiis Aug. conf. sepultos 3049. quibus si addatur numerus apud Catholicos terrae mandatorum, duabus tertiis circiter aequalis, summa mortuorum totius anni parum ultra 5000. adsurget. Si vero hunc numerum cum numero aliorum annorum, ab eiusmodi epidemicis morbis liberorum conferamus, palam fit, eundem duplo maiorem esse consueto, & vi huius calculi decessisse 1500. apud Lutheranos & 1000. apud Catholicos febris epidemica. Nam non omnes qui toto anni spatio exspirarunt, febris acuta sunt extincti, sed multi etiam aliis morbis, praesertim sub anni initium & finem. Nostrum etiam calculum parum a veritate recessisse confirmant adcuratae relationes Collegio Sanitatis, iubente Suprema Silesiae Curia exhibitae, quarum interdum notitia ad nos peruenit. Satis ergo mirari non possumus adeo magnum inter incolas sparsum esse terrorem maximam tamen partem panicum. Qua de causa id factum fuerit, & an ex maleficatorum hominum, Reipublicae nostrae damnum aliquod excitantium, eiusque Salutem apud externos dubiam reddentium, proteruita? an uero etiam quorundam Medicorum, morbi genium primo intuitu perspectum non habentium ignorantia, siue malitia, ut machiuellisticas suas fraudes eo tutius committere potuerint? noscat DEVS, iudicent alii.

quidem, quo minus aegrotaret aut moreretur, privilegio fuit, interea tamen obseruatum est, pueriles annos omnium minime his febribus aptos extitisse, paulo plures ultra consistentem aetatem prouectos decubuisse & decessisse, omnium autem maxime aetatem floridam, ab anno videlicet vicesimo ad trigessimum sextum & quadragesimum, pessime habitam fuisse. *Sexus* non pepercit morbus, corripuit enim & mares & femellas pari facilitate. *Corpora* eufarca, plethorica, succis copiosioribus & alias laudabilibus infarcta, florida, robusta, laxioribus fibris & molliori carne praedita, praereliquis, quum mors ad honorationum domos, quas aequo pulsauit pede ac pauperum tabernas, sibi aditum pararet, male habebantur, morbi grauitati cedebant, & mortis nutum sequebantur. Ad *Vitae Genus* quod attinet, primo malum maxime inter *pauperes*, fame pressos, corpusque infolitis & pessimi succi nutrimentis, sanguine videlicet animalium mactatorum, gramine, herbis, imo & foeno, coctis, & huius farinae aliis atentes; aëris insuper inclementiae, habitaculorum defectu, diu expositos grassabatur: *grassabatur*: \*) Deinde in vrbe nostra *Zyshopa-*

\*) Apud Medicos compertum est, morbos vehementiores epidemicos, immo ipsam pestem, *initium* inter *pauperes* & *Gulgi* quasi *fecem*, *semper capere*, & ab his ad honoratiores demum *serpere*. Praeter hanc obser-

*Zyhopolae* ante omnes, eorumque famulos, *Pistores* etiam & *Laniones* \*\*) inuasit, donec ad ditiores & honoratiores, omnemque ciuium ordinem promiscue sese extenderet. Ex *Aug. conf.* addictis *Theologis*, quinque, ex *Catholicis*, in coenobiis vt plurimum delitescentibus, paulo plures, licet adcuratus eorum numerus expiscari non potuerit, rapuit mors, qui non omnes tamen feбри epidemica interiire. *Medicorum* ordo, LXXX. fere membra capiens, non nisi vnicum iuniorem D. D. GOTTLÖBIVM EICHHOLTZ feбри acuta mortuum, perdidit, reliqui eodem morbo tentati,

observationem, cuius ueritatem & noster status epidemicus comprobauit, notatu dignum est. quod morbus maxime in locis ante annum aquis inandatis funestus fuerit, plures enim abierunt, habita scilicet incolarum multitudinis ratione, ante portas urbis Viadro proximam, quam Suidnicensem, directe sibi oppositam. Verbi causa circa Oderæ littora ex decem aegrotis haud raro tres vel quatuor, circa suburbia uero versus meridiem sita, nullis aquarum fluctibus sepulta, ex decem languentibus vix duo vel unus ad plures migrarunt.

\*\* Quum *Zyhopolae*, qui simul peregrinis et aduenis hospitium praebent, & *Pistores* ac *Laniones* Silesiam non modo, sed & vicinam Poloniam longe lateque percurrentes, vt pitirino & macello prouiderent, adeo copiose mortem subirent, vix hominibus dissuaderi potuit, hos pestilentialia quoddam contagium, ex Polonia adportatum, intra domos suas alere. At uera ratio non alia fuit, nisi transpirationis impeditae, sufflami-

Opic, 17,

B

BARACA

tati, nam & horum quidam satis grauiter laborabant, feliciter euaserunt. Ipsa uero *Febris* constitutio sequens erat. *Prior* eius *Scena* urbanior erat posteriori. Nam primo conquesti sunt fere omnes instantis morbi candidati, de insigni per aliquot dies durante artuum lassitudine, & virium ac adpetitus prostratione, hunc prodromum excipiebat ordinario versus vesperam leuis horror, subsequente intensissimo calore, quibus vt plurimum se adiunxerant intolerabilis, Capitis Dolor, Nausea, Vomitus tam mucidae & pituitosae, quam biliosae flauae uiridisque materiae copiosus aliquoties recurrens, postea mox leuiores mox grauiora deliria uersus noctem communiter auctiora. Haec morbi facies, excepto vomitu, qui rarius ultra primum febris accessum extendebatur, per tri-  
duum

natae, repressae, turbatum negotium. Cereuisiae namque coctores et eorum operae, artificium suum maximam partem in profundis cellis locis, nempe subterraneis, frigidis, humidis, & paulo antea aqua, variis machinis hydraulicis arduo labore hinc exhaurienda, repletis, mucido putridoque foedore ex vnda diu ibidem stagnante exhalato, inquinatis, infectis, exercent. Pistores et Laniones, corpora itineribus susceptis defatigata, tempestatis mutationibus, frigori, pluuiæ, ventis exposuerunt, & per consequens transpirationem mirum quantum turbauerunt, morbisque, obnoxios prae cæteris sese reddiderunt, ut taceamus diætae, raro in itineribus seruatae, aut studio neglectæ vitia, suum contribuentia.

duum aut quadriduum durans, crisi iam, apud multos largissimis sudoribus \*) interdum per integros duos dies noctesque continuo depluentibus, apud quosdam larga & saepe plus simplici vice recurrente narium haemorrhagia, procedenti locum dedit. Quae Crisis, si quarto die, ut dictum est, eveniebat, septimo aut undecimo aegros extra periculum posuit, si vero diutius, ad septimum, imo ad nonum usque diem, antequam adpareret, expectari debebat, neque tanta cum euphoria successit, neque tam probe morbum soluit, sed, licet & sudores & narium haemorrhagia adhuc sese manifestarent, aegrum per longius tempus lectulo alligatum detinuit, aut Exanthematibus ansam dedit & occasionem. Vbi vero Crisis, aut nulla, aut insufficientis, aut, ut dictum est, ferotina fiebat, *Exanthemata* rubra, morbillorum ad instar, vel purpurei, aut potius carmesini, quem vocant, coloris, vel ex violaceo nigrescentia, Petechiis similia, mox parva, mox latiora efflorescebant, apud plurimos ipsam purpuram rubrum (Das rothe Friesel) aemulancia. Nec defuerunt, apud quos per Parotidum intumescenciam insignem, subsequente, Ptyalismo Natura crisin feliciter molita

B 2 est.

\*) Notari volumus eiusmodi sudores odorem, vel potius foetorem eructasse oppido molestum, grauem, qualem communiter emittere solet lixivium putridum, aut trina vetus.



est. Qui *moriebantur*, vt plurimum crisin aut nullam, aut, quod perinde fuit, insufficientem, aut praecipitadam, nec vllum ordinem feruantem, & ideo confusam, experti sunt. Multorum *Urina* initio turbida, versus dies criticos limpidior facta, calore parum a sana recedens, malum communiter signum praebuit; \*) aliorum initio clara partim sanae similis, partim iusto rubicundior, versus diem quartum nebula tenui, in matulae fundo haerente, conspicua, aut plane turbida, sedimentum limosum, rubrum deponens, melioris consequentia notabatur, omnium vero pessima fuit limpidissima aquae fontanae similima. *Mortes* exinde plurimorum maxime ante quartum, et intra hunc et nonum morbi, diem contigerunt, pauciores obibant hos supergressi. Quibus vero Symptomata inconsueta, uerbi causa, Tusses, pectoris oppletiones, faucium et colli inflammationes, ructus copiosi, singultus, diuturnior alui segnities, inuoluntarium lotii & excrementorum aluinarum profluuium, artuum tremores, spasmi et id genus alia accidebant, hi fere omnes mortui, aut difficulter omnino ac tardius restituti sunt sanitati. Ita se habebat Morbi Epidemici ab anni iucunabulis

\*) Si vnquam prouerbiu apud Medicos tritum, verum fuit: *Pulsus bonus, Urina bona, et tamen moritur aeger*, nostra certe epidemica febris ipsius veritatem comprobauit.

bulis ad initium veris constitutio, *Alter*  
 namque eiusdem *scena* longe truculentior  
 lusit fabulam, duravitque per totum ver, ad  
 Æstatis usque principium, quo iterum mi-  
 tior euadens finem circa Autumnum trago-  
 diae imposuit. Rariores hoc tempore fue-  
 runt crises per sudores & haemorrhagias na-  
 rium, rarior in accessu febris saburrae per  
 uomitum reiectio, symptomata omnia gra-  
 uiora, virium prostratio tanta, vt ne quidem  
 absque Syncope situm erectum ferrent ae-  
 groti, deliria continua, interdum quidem  
 mitiora, interdum etiam a Phrenesi parum  
 abludentia, \*) calor summus et siccus, sitis  
 nulla, \*\*) oculi torui, vitrei, surditates, et au-  
 ditus grauitas, lingua partim arida & nigra,  
 partim albo, tenaci, crasso muco obfesa,  
 aphthae, foetor oris catauerosus, somnolen-  
 tia continua, comatosa, respiratio anhelosa,  
 anxia, mox concitata, mox lenta, musculo-

B 3

rum

\*) Adeo delirarunt quidam aegroti, vt maniacorum ad-  
 instar vix in lectulo detineri potuerint, duos nempe  
 iuuenes studiosos, mediis in deliriis per fenestras ex  
 superiori aedium consignatione se praecipites dedisse,  
 sicque miseram sibi mortem incios intulisse, & prae-  
 ter culpam propriam autocheires euasisse scimus.  
 Alia mente motorum haud raro ridicula facta luben-  
 tes praeterimus.

\*\*) Sitis quod maxime mirandum est, etiam vrgentis-  
 simo febris feruore aut plane nulla aut oppido parca  
 fuit, ita vt quidam oblata potulenta vel plane respue-  
 rent, vel non sine nausea adsumerent,

rum oris fricturae, extremorum artuum tremores, spasmi, diapnoë aut nulla aut interrupta, vrina pauca, limpida, aquae fontanae similis, pulsus inconstans, mox paruus, celer, frequens, mox magnus, tardus, subsultans, exanthemata rubra, deinde purpurea, violacea, frequentissima, aut tertio & quarto iam die, aut demum septimo adparentia, per septem imo plures dies cutim defoedantia, \*) quae, si morbi leuamen aliquod secum adtulerunt, boni praesagii, si vero nullam, funesti erant, siue rubra essent, siue violacea aut carmesina aut fusca, siue purpuracei indolis perinde fuit. His si superueniebant artuum fricturae, tensiones, spasmi, conuulsiones, resolutiones, lacrimarum ac urinae inuoluntarius profluxus, nausea, vomitus et vomituriendi conatus, deglutitio potulentorum difficilis et sonora, vigiliæ continuæ, somnolentia perpetua, diarrhoeæ materiam spumescentem, ex flauo gryseam, fecum cereuisiae ad instar, intolerabilis foetoris, aut quod etiam

\*) Exanthemata, aut mox retrocedentia, aut in vno tantum et altero membro, non vero toto corpore erumpentia, aut cito nimis & ante septimum suæ durationis diem euanescentia, dubium, imo vt plurimum funestum sortita sunt euentum. Es dürffte überhaupt nur die geringste Unordnung sich bey diesen Flecken äußern, so wars um ein leichtes mit dem Kranken zu Ende. Rubra in genere videbantur esse meliora.

etiam quibusdam euenisse nouimus odoris expertem, educentes, deliria, quam ante eorundem, intellige exanthematum, eruptionem, fortiora, vngues liuidi, apices digitorum frigidi, sudores colliquatiui, gelidi, faucium ardor, internus colli tumor erysipela-ceus, gangraenam, sphacelum, \*) et mortem instare compertum erat. *Ad Methodum medendi* quod attinet, ingenue fatemur, simplicem Naturaeque moliminibus conformem, prae laborioso aut anxio & confuse artificiali se nobis probasse, huic autem si non praeripuisse palmam, dubiam tamen certo reddidisse *conueniens Regimen. Remedia* dedimus *pauca, potius* vero aquosum, dilutum, *multum*; acida, vt Citri recentis succum, syrupos Rubi idaei, Ribium, Acredinis citri, vitrioli et nitri dulces spiritus, imo apud pauperiores ipsum vini acetum multa aqua frigidiuscula dilutum, praeter ceteris pretiosis et mire decantatis remediis proficua experti sumus. E-

B 4

mul-

\*) Hunc propemodum semper et ubique, non autem (vt ex cathedra in templo sacra populi concioni pie defunctorum mors denunciari hic loci communiter solet) Catarrhum iussocatum et Apoplexiam superuenientem (ein zugeschlagner Stech- und Schlag-Fluß) vitae clausulam fuisse, animamque ex ergastulo corporis ad beatiores sedes migrare iussisse, ipsa morbi indoles dicitur. Nobis forte paulo inferius exemplo omnis exceptionis impatiente, quae hic adserere conati sumus, firmandi dabitur occasio.

mulsiones, Ptisanas, Infusum Theae et tepide et frigide haustum, non contemnendos etiam praebuerunt vsus. Praeter haec Tartarus vitriolatus, Arcanum duplicatum, Nitrum, \*) Diaphoreticis fixis sociata, tam sub puluerum, quam potiuncularum forma, praescripta, satis efficacia deprehensa sunt. Initio, quum nempe morbus extremum vehementiae gradum nondum adeptus esset, Mixturam simplicem, pro subiecti ratione, cum & sine camphora \*\*) Essentiam pimpinellae albae, Scordii, Alexipharmacam STAHLII, Catharrhalem GOELIKII, aliaque talia mitiora alexipharmaca, Nitri, Vitrioli, falisque dulci spiritu temperata, largoque vehiculo diluta, paruis sed crebro repetitis dosibus, cum fructu usurpauimus. Deinde vero, morbo  
 ad

\*) Nitrum aliquando aluum reddidisse iusto fluxiliorem, & exinde metum Diarrhoeae incussisse nouimus, cui tamen parcius vsus, et emulsiones ex amygdalis trochobicem posuerunt, imprimis, quum alui successus, modo non extra limites vagaret, liber et legitimus, salubrior esset strictura, calorem internum augente, qua de causa Clysteres etiam injectos inuentos esse proficiuos obseruatum est.

\*\*) Morbo primam scenam adhuc ludente omnino proficuum fuisse camphoram experientia nos docuit, angustiam enim pectoris haud paucis familiarem et molestam, mire coercebat, datis aliquot guttis olei Bezoardici WEDELI, vel emulsione camphorata, et M. Simpl. posteriori vero morbi actu, re contrario se habente modo, missam fecimus.

ad *ακμὴν* perueniente quum ne quidem haec porro pertulissent ægotantes, Tinctura solum refrigerante JVNCKERI, aut potiunculis analepticis frigidis acidulis, crebro cochleatim hauriendis vsi fumus. Externe pauca adhibuimus, nisi Gargarismata et Iniectiones, faucium inflammationi accommodatas, quibus autem volupe fuit, pulsibus et capiti, scopo analeptico, vt credebatur, et cephalalgiam demulcente, aliquid imponere, facile annuimus, & ad eiusmodi topica adhiberi permisimus linteamina, vel emulsionibus camphora paululum maritatis, vel aqua frigida aceto rosaceo et succo citri remixta, tincta et iterum expressa, imo ipsas interdum citri recentis orbiculos; Spirituosa, aquam videlicet apoplecticam, Reginae Hungariae, Carbunculi, apud vulgum mirum quantum decantata, exulare iussimus. Vesicatoria a multis vbique fere adhibita, et sesquipedalibus laudibus ad coelum vsque elata, interdum quidem, ne quidquam ægro salutare existimatum incuriosi prætermisisse videmur, in usum traximus, sed nullo, aut admodum raro vel adiumento, vel detrimento manifesto. \*) Venaesectio Febribus alias ardentibus dicatum et conueniens remedium, in Vrbe nostra parum tuti vsus fuit, immo

B 5

fere

\*) Hoc saltem obseruauimus, si cantharides post sex vel octo horas vesicam non excitarint, mortem imminere.

fere omnes, qui vel morbi initio, vel paulo ante, sanguinem miserunt, et grauius decubuisse et mortuos fuisse, \*) constat. Vomitoria, purgantia, vno verbo methodus sic dicta heroica, certo certius funesta extitit ex peruersa quorundam Hypothesi in usum vocata. *Regimen* primariam absoluit curae partem, et non minus ad restitutionem contulit, ac ipsa remedia, debuit autem esse aequale, leniter diapnoicum, ita vt transpiratio semper et placide procederet, non vero anxium, calidum, diaphoreticum, quod, si non obseruaretur, sed aeger inconsulto, aut fri-

gori

\*) Qui venam aliquot septimanis citius, antequam morbo corripentur, secarunt, satis mite habebantur, qui vero phlebotomiam administrarunt, quum iam de artuum lassitudine conquererentur, vel actu iam febri-citarint, fere cuncti extinguebantur. Cuius rei ratio nobis sequens videtur. Natura primo morbi statu, crisin haud raro per narium haemorrhagiam instituit, posteriori vero statu, communiter per exanthemata. Iam praesupponimus nullam Crisin esse bonam, quae non iusto et a natura intento tempore sed praecipitanter, materia excretioni nondum apta, procedit. Hoc si verum est, facile patet venae sectionem, Naturam in haemorrhagia critica instituenda turbasse, materiam nondum satis praeparatam eliminasse, et ideo exitialem, fuisse. Quum vero deinde crisis per exanthemata esset absoluenda, venaesectio plane inutilis erat. Longe aliter se res habuit aliis in locis, vbi haec nempe febres non tam exanthematicarum et petechiantium, quam potius sanguinearum, inflammatoriarum & pleuriticarum indolem praese tulerunt.

gori exponeretur, aut stragulis nimis & hypocaustis angustis, calefactis torqueretur, Medicus sane cum omni suo adparatu et consiliis incassum laboravit. Potus dandus erat copiosus, neque admodum calidus, neque admodum frigidus, sed palato gratus, dilutus, aquosus, quare cerevisiam & vinum, quod multi virium reficiendarum gratia expetebant, tanquam orgasmum humorum fomentia, fermentata, spirituosa merito damnavimus, aquam e contrario, serum lactis, ptisanam, cornu cerui decoctum, emulsiones probauimus. Analepsos causa Citria mala recentia, Poma de sina, Cerasa, Ribes, Fraga, et huiusmodi alios fructus aestiuos grate acidos, adperso Saccharo dulces et Gustui amicos redditos libenter concessimus modice. Qui morbum superarunt, quod plerumque post tres vel quatuor accidit septimanas, satis cito, modo aetas, corporis consuetum robur, diæta conueniens, aliaque circumstantiae conspirarent, vires amissas recuperabant, aliqui tamen, diutius infelici lectulo alligati, vel peius habiti, integrum anni quadrantem recuperandae corporis agilitati amissae impenderunt.

## SCHOLION.

Talis erat apud nos *Febris Epidemicæ* tot rumores turbasque excitantis, tot mortes causantivera conditio. Facilis quidem est coniectura,

ra,



ra, Symptomata recensita, individuorum, eorumque aetatis, vitae generis, temperamenti, corporis constitutionis, variarumque circumstantiarum et accidentium ratione, inter se mire variasse, et vno prae alteri subiecto magis exitialia esse deprehensa, quae omnia, si latius et pro rei dignitate exponi deberent, non Satyrarum nostrarum aliquot pagellas, sed integrum idque satis grande, requirunt volumen. (\*) Nobis generalem tantum dedisse ideam certe sufficit. Nunc restare videtur duplex quaestio, quodnam scilicet *Nomen* morbo competat? vario enim Medicis veniebat, et cur *adeo frequentia dederit funera*? Prior certe difficilior est, quam forte primo intuita videtur. *Febras* fuisse continuas, acutissimas, nec malignitatis expertes, omnes adfirmant, vtrum vero *contagiose* dici mereantur, quidam, et nostra sententia recte quidem, dubitant. Nam nullam, proprie tale, contagium observauimus, licet plures in una eodemque domo aegro-

\*) Relatum nobis est Medicum quendam nostrae Urbis doctum suisque scriptis iam celebritatem nominis consequutum, magnum de his febribus opus meditari, in quo totius Silesiae status huius anni epidemicus exponetur. Quod si verum est, nostra relatio tam egregii scripti prodromus haberi potest. Gratulamur publico in antecessum, de tam nitido, vili, politoque scripto, huius enim conditionis futuram esse sperare nos iubet AVTORIS dudum bonis probata eruditio & dexteritas.

aegrotarent. (\*) Imo ratione *malignitatis*, si sub hac vocè venenata indoles intelligatur, ancipites hæremus, non omnis enim morbus epidemicus, multos vita priuans, statim malignus est. *Exanthematicus* fuit morbus, sed an Petechialis? non audemus adfirmare, vehementia Symptomatum veris petechiis contrariorum, imo ipsorum exanthematum facies, petechiis multum abfimilis, id prohibet. (\*\*) Petechizantem, molliori vocabulo quidam

\*) Non sine ratione supra *Obs. I. p. 7. seq.* in excerptenda epistola Dantiscana prolixiores fuimus, ut quæ Celeb. AVTORIS intuitu *contagii* pestilentialis mens sit, dilucidius adpareret. Tale quid in nostris etiam forte febribus, quæ absque ullo contagio primum ortæ sunt, obseruatum esse credibile videtur. Vnum vel alterum subiectum morbi fomitem in corpore iam latitantem circumgerens, & in aegri atmosphaeram incidens, per contagium, præsertim si metus, horror, pusillanimitas accesserint, infici posse & actu infectum esse, licet non abouamus, sæpius aut semper verò id factum constanter negamus, quia alias familiares, aegri curam gerentes, lectulum sternentes, eique integros dies noctesque adsidentes, et varia humanitatis officia præstantes, ad vnum omnes si nili morbo decumbere deberent, quod tamen, experientia teste, vel plane non, vel oppido rarerè factum est.

\*\*\*) Omnes qui Pesti interfuerunt medici, et qui *veras petechias* viderunt, quales nobis ante aliquot annos alibi vberime conspectas recordamur, norunt, febrem, apud peste et veris petechiis laborantes, non vehementem, sed satis placidam, et nostrâ epidemica longe mitiorè;

quidam adpellarunt, fit ita, per nos liceat, quamuis eandem, pro mera tantum *febre catarrhali exanthematica, sphacelo interno aegros ingulante,* habuimus. Quicquid fit, in nomine faciles erimus. *Genus* autem morbi non alius fuit nisi *humorum dissolutio putredinosa,* absque veneno contagioso in corpus ex aere hausto, sed ex fermento (sit venia verbo) intra ipsius corporis maeandros, ab impedita transpiratione, et apud pauperes alimentorum praua qualitate generato, ortum ducens. Quum enim prouida sentiret Natura, corpus curae suae concreditum, succis abundare copiosis, superfluis, crassis, mucidis, salino-sulphureis, Febrem instituit, consuetum hosti habitaculo exitium minitanti eiiciendo medium. Quia uero materia peccans copiosa, summe noxia & actiua, altiusque in corporis latebris sepulta, ac arctius humorum massae infixae, uita, erat, & *vehementi* feбри opus fuit, durus enim

rem; Symptomata non adeo graua, sed, quoad externam faciem, blandiora, angue interea latitante sub herba, adesse, ita ut patientes, si insignem virium iacturam, externum vultus habitum pallidum, subsidentem, sudores paucos algidos, leuia deliria intercurrentia, pulsum paruum, calorem a naturali parum abludentem, excipias, vix habeant, de quo conquerantur, et tamen intra triduum decedant. Petechiae ipsae, siue rubrae siue nigrae, a nostris exanthematibus toto coelo distant, ut, utrisque visis, satis mirari non possumus, quomodo nostrae febres dici mereantur petechiales,

enim nodus, durum requirit cuneum. Accensa semel febre, materia peccans vbique agitata, semelque sua libertate gaudens, motu suo intestino, ipsius deinde naturae viribus haud raro superiori, totam humorum massam in celerrimum orgasmum coniecit, qui, partim sanguinis & reliquorum humorum massam iusto subtiliorem et volatiliorem reddens, \*) partibus fibrosis, solidis, labem impressit, & ideo inflammationi & sphacelo ansam dedit, partim fluida ipsumque sanguinem vitra modum expansam et impulsam intra exilissimos cutis tubulos, alias tantum lymphae et sero tenuissimo et fluidissimo vehendis, destinatos coegit, et sic exanthemata primo rubra, deinde, si sanguis sic stagnans

in

\*) Calor, enormis, & motus humorum animalium internus concitator, dissolutionem fluidi putredinosam efficiunt, vt Experimentis in vivis animantibus à BOERHAAVIO, vid. eius *Element. Chem.* institutis, et Chemicorum Zymotechnicis, abunde patet. Effectus autem, non vero causa, Putredinis, existit sal volatile urinosum. Quis ergo aliam nostrae febris formalitatem, vt ita dicamus, sibi concipere potest, quam deliquescentiam fluidorum intra corpus nostrum contentorum, putredinosam? Vnde odor vel foetor sudoris urinoso-lixiuiosus volatilis quam ex putredine? Cur acida, ut ex iuuantibus theoreticam faciamus conclusionem, tam egregiam opem praestiterint? cur spirituosae, volatilia, cur remedia resoluentia, qualia alexipharmaca etiam lenissima sunt, et alia calidioris indolis nociva fuerint? dicat nobis calculus denegans, qui potest.

in corruptionem sphaelosam, robore scilicet naturae cruoris discussione plane impari et fracto, transit, violacea, fusca, nigra excitavit. Iam ergo clarum esse credimus, cur in assignanda febre malignitate, uel uenenta imo pestifera indole, non tam faciles esse, cur contagium ipsi maximam partem denegare; cur exanthemata pro petechiis non venditare; cur potius febres nostras tantum Catarrhales mali moris et periculosiores uocare \*) maluimus? Attamen his nostris meditationibus cuidam bellum inferre et litem mouere nolumus. Damus singulis, qua nos utimur sentiendi libertatem, scopus noster unicus est veritas, quam neque propter alicuius odium aut amorem reticebimus, neque in Reipublicae communem salutem, per maleuolorum mendacia et commodi proprii studium

- \*) Quum maius et minus non variant speciem credibile nobis videtur, licet magis letales successu temporis factae sint febres nostrae, eas non ideo tamen superuenientibus etiam exanthematibus *Catarrhales* esse, desisse, quia primo morbi statu plurimi largissimis sudoribus, ut ad unum fere omnes catarrhales solent, soluebantur. Durante vero tempestate pluuiosa, & diutius impedita transpiratione, humores noxii in corpore incarcerati eo copiosiores inde facti sunt, et quo longiorem moram traherent, eo magis corrumpebantur, et apti euaserunt ad imprimendam toti fluidorum massae sua natura ad mixturae dissolutionem pronae, putredinem, calore praesertim febrili semel accenso, augmenta indies capientem.

dium corrumpi, ac falsitatis nebulis obfusca-  
ri patiemur. Si uero non fuerit morbus exi-  
mia malignitate infectus, si non contagiosus  
quare adeo multos interfecerit? plurimos an-  
xie quærentes audire nobis videmur. Sed fa-  
cilis est responsio; *Quatuor* enim manifestas  
*causas* tantam stragem excitantes, observavi-  
mus, quarum duæ præsertim pauperes, relin-  
quæ opulentiores occiderunt. *primo* Febres  
Epidemicæ corporibus viribus spoliatis, e-  
neruatis, pravis succis scatentibus maxime  
fuerunt exitiales. (\*) Eiusmodi corpora cir-  
cuntulerunt pauperes fame primo pressi, po-  
stea eius sedandæ causa varia inconsueta et  
pravi succi nutrimenta per multos menses  
deuorantes. Adspectu eiusmodi homines, qui  
etiam sani adhuc dicebantur, horrorem cun-  
ctis & misericordiam extorserunt, facie præ-  
diti pallida liuida & lurida, quasi iam iam ex  
sepulchro redeuntes, oculis cauis, cute arida  
ac uix ossibus haerente, naso acuminato, in-  
cessu lento, manibus præ imbecillitate trepi-  
dantibus; uoce flebili ac acerbissimis lachri-  
mis miseram stipem efflagitantes. His dein-  
de,

\*) Ex hoc axioma ratio promptissime fuit, quare tam  
multi, antiqua corporis labe (Die schon eine alte  
Maucke bey sich sitzen hatten,) & heclicodea con-  
stitutione præditi, vel leui tantum fabricula, epidemi-  
cam mentiente, hac tempestate tentati, obierunt, qui  
forte diutius uixissent fatali adeo periodo non inci-  
dente.

de, ne veniret calamitas sola, accessit remedi-  
 orum conuenientium, et personarum cor-  
 poris eiusmodi adfficti curae vacantium defe-  
 ctus. Nunc mirari Lector noli, si te certio-  
 rem reddamus, dimidium fere demortuorum  
 partem ex hactenus descripta grege repeten-  
 dam esse. *Secundo:* Febres Epidemicæ his  
 præcæteris mortem adtulerunt, qui conue-  
 nienti regimine uti uel nequibant, uel nolue-  
 runt. Hac de causa iterum pauperes maxi-  
 me sibi mortem adsciuerant, plus etiam apud  
 hos in defectu, quam apud ditiores, ubi in-  
 terdum excessus damnosus erat, peccatum  
 est. O! quam vere, suo iam æuuo, et adpo-  
 site nostro, loquutus est HIPPOCRATES  
*sect. 1. Aph. 1. Neque Sero, dicens Medicus modo sic se com-  
 parare debet, ut faciat quod factu opus est, sed & AEGER,  
 & qui præsto sunt, et quæ foris fiunt.* Regimen si  
 cum prudentissima etiam medendi methodo  
 non conspirauit, et Medici, et aegri, atque  
 adstantium, spem omnem reddidit inanem.  
 Quid et quale uero a pauperibus per totam  
 hyemem frigori, cunctisque aeris iniuriis,  
 habitaculorum, ligni, pecuniae defectu cor-  
 pora exponere coactis, seminudis, vesti-  
 menta et stragula quæ possederunt venden-  
 tibus, ut panem emerent, expectandum, con-  
 iectu non est difficile. Aes profecto triplex  
 homini circa pectus, & cor non humanum  
 sed brutum, immo marmoreum omnis adfe-  
 ctus expers, esse debebat, quod tot aegros,  
 hinc

hinc inde in plateis sub dio vestibus fere nullis inuolutos, aut in fimetis, vt eorum calore fouerentur, decumbentes, agonizantes, animam agentes, extinctos, absque insigni misericordia, intima pectoris viscera penetrante, absque horrore, adspicere potuit. Opulentiores e contrario, et quibus res erat non adeo angusta domi, haud raro ita inuenti sunt immorigeri, vt medico conueniens regimen suadenti, praecipienti, non obedirent, sed potius excessu peccarent, hypocaustis vltra modum calefactis ægros torrerent, stragulis multis non obruerent modo, sed fere suffocarent, potu intense calido et ne hoc quidem sufficienter, multo minus abunde dato coquerent, et sic larga diaphoresi extorta corpus viribus spoliarent, febrem magis magisque accenderent, humorum colliquationi et in angustioribus tubulis, quibus vi quasi impellebantur, stasi, et subsequenti putredini ansam darent et occasionem. Nonne satis conspicuam vita functionum partem huic causae tribuis Lector?

*Tertio:* Terror, Animi perpetua anxietatis atque abiectio, & maioris mali metus non paucos in morbum ipsum, et per consequens mortem coniecit. Omnes medici imaginationem grauius ipsa peste malum esse pronunciant, noruntque, quam incredibili damno corpus afficiant animi commotiones, adeat cui volupe est, FIENVM *de Viribus Imaginatio-*



ni, VOGLERI *Dissertationem de Vi Imaginationis in Pestilentia producenda, Eius commentario Diaetetico annexam.* Aliosque, ut, quae diximus, testimoniis confirmata reperiat. Huic causae, partem etiam adsignandam esse mortuorum imprimis ex honoratioribus, non contemnendam, nobis uidetur. *Quarto:* Febres Epidemicae haud paucis letales factae sunt culpa eorum quos ut morbo mederentur, accersebant. Agyrtae, circumforanei, rasores, mulierculae officiosae, & innumeri ex medicastorum grege vires suas in aegris credulis experiri volentes, non tantum coemiteria impleuerunt, sed ipsi etiam purpurati artis filii nomine at non re tales, quos scilicet non eruditio, non artis usus, sed pecunia Doctores, & aut insignis fumi uentique vendendi peritia, aut facilis decepta uulgi credulitas, Medicos fecit, suum contulerunt Symbolum, ne vrbs incolarum multitudine grauaretur. Satis prolixum texere possemus stolidarum curationum omni rationi et experientiae uel modicae contrariarum catalogum, si aliorum stoliditatem, ineptitudinem, temeritatem, ignorantiam, praecipitantiam, ruditatem, imprudentiam, uicia uel toti orbi depopulando sufficientia! publice uivis coloribus depingere, et in ruborem dare, aut omnium risui exponere nobis liberet. Scimus, uerbi gratia, praescriptam *Potiuuculam* analepticam, cum *Unguento Neruino* (non tantum ad mixturam

ram

ram cum aquosis plane inepto, sed et nullius interni usus) maritatam; Scimus exhibitam feminae febrili aestu affatae *Spiritum Cornu cervi cum oleo Therebinthinae* mixtum; Scimus quosdam *Theriacae* atque *calidissimis Remediis* diligenter et foede abufos; scimus - - - - sed praestat reticere eiusmodi, non artis innocentissimae, sed ineptissimorum artificum, opprobria, ne, quae terra iam tegit, nostrae Satyrae aperiant posteris, utinam ab experimentis \*) per crebras mortes factis, cautius in posterum mercari, et prudentius sese gerere discerent nominales medici. \*\*) *Compositarius* more nostro ex praesenti observatione deducendis, eo lubentius super sedemus, quo facilior eorum est eliciendi ratio, neminem enim Lectorum tam hebetis ingenii putamus, ut inde centum exprimere non possit.

C 3

OB-

\*) *CATS* ex *Epist. BERNARD. SYLVESTR.* *Fuge Medicum scientia plenum, & exercitio non probatum, (multo magis utroque destitutum) Fuge Medicum ebrium. Cave medicum volentem in te experssi, qualiter alios ex simili morbo curabit.*

\*\*) *Quintam* facile potuissimus super addere mali epidemici vehementiae causam, summi videlicet iusteque nobis irati *Numini*, diu proterviae nostrae minitaram *Sindictam*, quasi admonentem, nos, nisi ad meliorem frugem redeamus, omnes sic perituros fore, sed hanc prout nimis generalem, ne tamquam medici fallacem in alienam messem immittere videamur, Theologis inquirendam relinquimus.

## OBSERVATIO III.

D. JOHANNIS, JOSEPHI ROLLE,

Medici Niffensis. \*)

Morbus Epidemicus.

*Incolas Niffenses terrore panico magis ob-  
ruens, eosque per Aprilem, Maium & Ju-  
nium infestans, quam ipsis vere exi-  
tialis existens.*

**R**ecte Arctis nostrae parens HIPOCRA-  
TES lib. II, de Nat. Hum. docet; *Vbi complu-  
res uno morbo, eadem tempestate vexantur, in id quod  
maxime commune est, quoque omnes vitantur, potissimum  
reicienda causa est, id autem est, quod inspirando trahi-  
mus: Aer etenim teste eodem sene libr. de flutib. mortali-  
bus tum vitae, tum morborum aegrotis causa est.* Seu  
ut alia uersio habet: *maximus est in omnibus, quae  
corpori accidunt, & vitae, et morborum auctor et dominus.*  
Eum siquidem diuersimode vitiatum iam a  
primis Medicinae Autoribus pro causa prin-  
cipali morborum epidemicorum uenditum  
fuisse manifesto liquet, testanturque id pari-  
ter plurima scripta de lue tali exponentia;  
imprimis uero is deprauatur, putridasque  
corpori humano summe perniciosas ex-  
halationes et effluuia emittit, si tempestate  
diu iam humida, pluuiosa, nebulosa exi-  
sten-

\*) Lectores porro latere nolumus, *Observationes I. & II.  
quinto Satyr. nostr. specum*, insertas huius Praeclariss.  
VIRI esse.

stente, uentisque uacante, ac subsequente vel iusto acriori aquilone, vel diebus prae-  
 calidis suboriantur fluuiorum magnae exun-  
 dationes, ac inde aquarum stagnationes,  
 quae quiete, ac solis aestu in putridum uligi-  
 nosum et foetidum humorem abeuntes no-  
 ciua effluuia euibrant, sicque aërem, seu *spiri-  
 tum* ab HIPPOCRATE dictum contaminant;  
 Is vero respiratione translatus ad uesiculas  
 pulmonales, admixtusque sanguini, partim  
 et ei communicatus per cutis spiracula, unde  
 et HIPPOCRATES *Lib. VI. Epidem. Sect. VII. Car-  
 nes nuncupat attractrices, & ex ventre & extrinsecus,  
 quia totum corpus exspirabile,* partim per foramina  
 narium et aurium, partim et in ore se infi-  
 nuans saluae, cibo, potui, per oesophagum  
 ad uentriculum delatus, inde ad interiora ul-  
 terius perrepens, fundamentum primum  
 Massam sanguineam nempe inquinando, Ma-  
 li Epidemici constituere solet: quo cum insu-  
 per ambitus corporis primo per frigus sic-  
 cum boreale comprimitur, ac inde liber hu-  
 morum circuitus magis ad interiora urgetur,  
 & conuertitur, secundo per frigus humidum  
 ualetudini corporis magis infensum inspissat-  
 tur massa sanguinea, illius circulus retardatur  
 hincque transpiratione insensibili diminuta  
 maior impuritas succorum partim aggrega-  
 tur, partim et inde ob interuenientia uaria  
 impedimenta, heterogenia a Principio uitali  
 e corpore non possunt expelli, ansa haud exi-  
 gua

gua suppeditatur ad Generationem Mali cuiusdam Epidemici, corpori corruptionem ac interitum magnopere minitantis. Quamuis uero aër vitiatus, ac plurimis tetrīs ex aquis stagnantibus et paludosis eleuatis particulis inquinatus, pro causa primaria morbi populariter grassantis ab omnibus fere Autoribus reputetur, ipseque HIPPOCRATES *lib. de Nat. Hom. scribat: Et uero, ubi morbus aliquis populariter grassatus fuerit, non uictus rationem in causa esse, sed quod spirando uicimus, manifestum est, ipsumque morbosam quandam excretionem plane obinere; Attamen* *Vitæ ratio*, alimenta, seu esculenta et potulenta ad uitam sustendam summe necessaria quidem, saepius tamen ad corpus alendum inidonea, imo noxia et mali fucci, non in totum excludenda, perbelle etenim iam ab ipso notatur citato Sene *lib. de flat. At cum multum cibi, multum etiam spiritum ingeri, necesse est; nam cum omnibus quae eduntur, aut bibuntur spiritus aut copiosior aut paucior subit: atque id inde manifestum est, quod eructationes plerumque post adsumptos cibos et potus accidunt, nimirum cum inclusus aer recurrat, sibi bullas, in quibus latet, perfrigerit; Imo & a GALENO* *Lib. 1. de differ. Febr. innuitur: Omnia, quae natura quidem optima sunt, ob quosdam putrefactionis modos, aequale praedictis, aut minus aliquando vitium contrahere, sicuti frumenta hordea, atque omnes aliae fruges, quae ad usum cibi assumuntur, quorum non nulla temporis longitudine ad putrescibilem diantur dispositionem, quoniam alia, quae male reposita sunt, humiditate replentur quaedam vero et in primo ortu rubigine deprauantur.* Duo haec AEREM nempe CORRVTVM,

MA-

MALAMQVE VICTVS RATIONEM palmarias causas Luis Epidemicæ fore, nemo dubito, inficias ibit, speciatim tertia binis his se fociante, LIBERA TRANSSPIRATIONE, quippe ob varia licet non intotum, saltem magna ex parte SVFFLAMINATA: Vnde succorum impuritas, iamiam a prioribus duobus subministrata in corpore existens, eo magis augetur, ad corruptionem et putrilaginem salino - sulphuream fermentationem disponitur, morbique vel chronici vt Cachexia, vel maligni, vt Febres enascuntur; egregie inde HIPPOCRATES *lib. II. de Diæte* dixit: *Quod uero post secretionem* (alius commentator expressa adiungit, *cutiscularem*) *intus remanet, huic molestiam exhibet, et ei parti, quæ humiditatem susceptam corporis minime sit commodum, sed insensum; et paulo post: nempe cum ambitum non habeat, et quiescat, tam ipsum, tum ea, quæ irrumpunt, incalescunt. Cum igitur copiosum fuerit, quod secretum est, id autem quod sanum est, superat, ita ut totum corpus concalescat et VEHEMENTEM FEBREM inferat.* Cui GALENVS passim in scriptis suis, & præ aliis SANCTORIVS in *Medic. static.* MONTANVS *Consil.* BENEDICTVS VERO NENSIS. CAPSVACCIUS, FORESTVS *Lib. VI. Observat.* PLATERVS *Observat. & Curat.* HORATIVS AVGENIVS *de Febr.* MERCATVS, SENNERTVS, SYDENHAM, BAGLIVIVS, LANCISIVS, STAHL, HOFFMANN, BOERHAAVE, PELARGVS, ALBERTI, NENTER et innumeri alii ex recentioribus palli-  
cem premunt. Cum ergo præteriti anni (intellige 1736ti) aestate, Patria nostra fluuio-  
rum magnas exundationes perpessa sit, et pa-

C 5

riter

riter ob tempestatem humidam, crebro pluuiosam, maximam, partem Silesiae vndis felientem, foenum, gramen, stramen, ac folia de arboribus delapsa in madidam terram, aquarumque colluuiem, superueniente calore aestiuo plane incongruo, in putrilaginosam corruptionem (exinde subsequuta aëris per effluuiorum et exhalationum foetidaram emissionem, iniquatione) abirent: praeterea et aqua in campis et pratis stagnans, ui quadam fermentatiua ac redinem corrodentem et malignam contraxerit, vt in membris corrupto humore immediate contractis, animantiumque qualiumcunque in illa discurrentium, dolores rodentes, lancinantes, tumores inflammatorii, apostematoides, imo et vlcera foetida, pustulosa, pruriginosa, mali moris manantia, diuturna, rebellia, & difficilis sanationis suborta sint; tanto magis causae mali nostri Epidemici sunt coaceruatae, imprimis dum superueniente hyeme, flanteque Borea et Austro, tellus nostra, hanc aquam per se iam nociuam factam auide absorbens, et in uiscera sua ingurgitans, redeunte interim uere e sinu terra effluuia iterum emittens, Aërem, *pabulum nostrae uitae* ab HIPPOCRATE nominatum, diuersimode contaminauit, cui Hyems insuper quo ad omnes suas partes incongrua tempestate furens ultra modum fauebat. Taceo quod pauperes, inter quos et morbus primario

mario subortus, ob terrae sterilitatem, subsequutam annonæ raritatem atque caritatem, foetumque eius scilicet famem, partim pauca, impura, prava et immatura, vel per tempestatem humidam & pluuiosam plane corrupta esculenta et potulenta, seu alimenta, partim et plane incongrua, puta carnes a brutis demortuis interdum iam iam semiputridis petitas, frumenta lolio temulento GESNERI & r. spe/ Secali corrupto nigro Kornmutter/ Agylope rauber Haaber/ Hordeo murino Mäuß, Gersten commixta, imo radices herbarum, foliaque arborum, furfuracea ex frumentis, gramen & stramen deuorare sint coacti; eorumque porro corpora ob defectum lignorum in conclauibus exigue ac ne vix quidem calefactis, grauissimum frigus contraxerint, totamque sic oeconomiam uitalem (ubi ex pathematibus animi, ira, metus, horror, tristitia, pusillanimitas, inter caetera vero labor grauis, somni defectus, etiam symbolum suum contulerunt) turbassent: inde nil aliud natam, quam, vt, appropinquante Vere, et iusto calidiori aura, omnis massa sanguinea et humorum, in fortiorem paulo commotionem, imo fere orgasmum, tendentem nempe ad reserationem pororum peripheriae, per hyemem haectenus constriktorum, simulque impuri illius per praedictum tempus in corpore stabulati secretionem ut excretionem, concitata fuerit, per tem-



tempestatem uero illico et ex improuiso irrepentem ventosam, pluuiosam, frigidam, ac quodammodo crassam nebulosam iterum loca excretoria coarctata sint, atque sic Morbus Epidemicus, tam extra, et quam maxime intra vrbes, sua incunabula sumserit. Tametsi uero *Malum* Nostrae Ciuitatis incolas augens et vexans *Epidemicum*, nominamus, nullatenus inde pro simpliciter contagioso declaramus, sine contagio in plurimis fuisse subnatum, et intus progneratum, frequenti sumus edocti experientia, bene et enim notat FORESTVS *Lib. VI. Obseruat.* et cum eo recentiores; posse febres, ac etiam alios morbos esse populariter grassantes, et tamen non contagiosos: Omne contagium huic malo quidem non abnegamus. Discernere namque perbelle licuit, qui aegrotantes morbo contagioso, aut non contagioso laborarunt, pauci prioris sortis plurimi uero posterioris fuerunt; nam morbo ita contagioso existente, caeteri uel cum aegro in eodem cubiculo cohabitantes, uel duntaxat ipsum uisitantes, contagio inquinati, ac eundem morbum perpeffi sunt, qui tamen quo ad maximam partem inter pauperes, et quibus res angusta domi, tanquam *febris* stricte *pestichialis* debachabatur; e contrario uero plurimi e ciuium numero hunc morbum absque contagio sibi adsciuerunt, eumque inter ipsos non fuisse contagiosum, hos etenim plerumque *Febrem*

CASATI

*satharrhalem malignam petechizantem, uel etiam Febrem purpuratam absque petechiis, quandoq; Febrem malignam sine exanthematibus, raro Febrem stri-cte petechialem, subsequenteque eruptione purpurae tolerasse. Licet uero clariss. JVNCKER Consp. Med. Theoretico-Pract. pag. m. 588. adstruat; Contagium huius lenis & segne exindole sua; primo post tres uel quatuor septimanas alium ex familia decumbentis fo-lore infici, illud tamen haud praeter eundem, quod in illis non solum domibus et cubiculis, sed & ipsimet adstantes, ut uxores liberi, uel mariti sub aegrotatione consanguineorum suorum uel paulo post febribus intermittentibus praecipue tertianis exagitarentur, & quamuis apud quosdam tales patientes crederetur morbum se insinuasse per contagium, pensitatis tamen, rite circumstantiis, fomitem illius iam diu insinu suo fouerunt, eo quippe per terrorem ob conspectum aliorum patientium morbo simili non solum decumbentium, sed & occumbentium, in actum & motum erumpente. Extra vrbes rure, malum id, non ut simplex morbus, sed potius Pleuriti-  
de, uel Peripneumonia complicatum, haud paucos uiuentium consortio eripuit. Fate-  
mur tam petechias quam purpuram apud plurimos ac fere omnes conspectui se tradi-  
disse, uolumus tamen hunc morbum cum FORESTO Lib. VI. Observat. pag. m. 151. & WECKERO Tab. seu Siriusque Med. synt. Morbis pestilenti-  
bus leuioribus adnumerare, ex ea ratione,  
quia*

quia nec decima, imo nec uigesima pars hominum morbo praenotato laborantium exspirauit. Nam rumorem illum vulgi de nostra vrbe alibi sparsum, nil nisi mera commenta, anilesque nugas fuisse, omni testari possumus iure, imprimis computando in nostra vrbe & suburbiis satis populosis, vbi plerumque per annum infantes ultra 600. nascuntur, vix 700. aut 800. homines lue hac epidemica obsessi ex eis vix 200. mortui sunt. Quos vero morbus praedictus iugulauit, fuerunt subiecta in ueteri vrbe, & eius suburbiis habitantia, fame dira pressa, & sic magis fame collapsis uiribus quam morbi atrociam, perempta, ut rectius plures fame quam febris mortui dicantur. Quomodo uero morbus is alibi locorum suam luserit tragoediam nobis certo non constat, esse tamen potest, ut nimirum plus contagiosi et periculosi in se fouerit, ac pariter ex vno loco in alium, ex una prouincia in alteram, vti testantur modo nouellae publicae transmigrauerit. Ordo nos iam ducit ad *morbi luculentioris explanationem*, ubi praenotari uelim, febrem malignam Purpuream, sporadice duntaxat per autumnum praecedentis anni; per hyemem autem praeterlapsam, ut plurimum, febres intermittentes, diuersi generis, imprimis quartanas, pleuritides & peripneumonias, aliasque diuersas aegritudines, homines non ita frequenter exorutantes, obseruatas fuisse; medio mensis  
 Apri-

Aprilis vero dicta febris se manifestare incepit, quae quidem tunc temporis adhuc inter homines infimae fortis in veteri ciuitate, eiusque suburbiis grassabatur, donec incipiente Maio similiter & in nostra urbe flagraret epidemice, tempore, quo pars maior aegrotorum febre, de genere solum malignarum catarthialium petechizantium et purpuracearum, existente, apud pauperes vero, et ubi contagiosa, stricte petechialem repraesentante, depressa & oppressa fuit. Sicuti vero non gradu & successiue, sed simul & semel homines infestabat, sic pariter insperate remittebat, medio etenim Maii nec ullus medicus hic clinicam exercens, patientem recenter hac lue contaminatum habebat, nisi iam iam reconualescentem; praeterlapsis interim octo diebus de nouo ludere coepit suam ferocem fabulam, hominesque inuadere, ac licet plerumque stricte petechialis cum sociata et subsequuta eruptione purpurae albae, non tamen adeo periculosis symptomatibus stipata erat, neque tam multis, ut prius, abrumpebat uitae filum. Durauit is status epidemicus usque ad medium Iunii, quo denuo cessauit, ita ut, sine mensis praedicti, quo haec scribo, nec nos, nec nostri Dni. Collegae a quodam, praeter unum alterumue morbo hocce certantem, implorati simus ad suppetias in praedicto malo ferendas; inde non sine graui ratione concludimus, cessasse  
fe.

febrem malignam uel in totum, uel saltem in futurum illam tantum sporadice animaduersum iri, uel eam alios morbos excepturos, et subsequuturos: Dysenteriae etenim iam quaedam uestigia notauimus, quae ex peruersa uiuendi ratione, ac refrigeratione ortum suum duxit, cui facili tamen opera & labore potui mederi. Morbus interim Epidemicus sequentibus *symptomatibus* comitatus, attamen pro constitutione naturae, et subiecti temperamento, diuersimode uariantibus, fabulam auspicabatur: Quidam per aliquot dies, imo septimanas, antequam actu aegrotare incipiebant, de lassitudine spontanea, uirium prostratione, et inappetentia conquerebantur; Plurimi uero derepente circa uesperam uel etiam mediam noctem frigore et horrore subsequenteque aestu febrili, cholericos et sanguineos iusto intensius, phlegmaticos & melancholicos iusto remissius excruciante, primis diebus licet leniter, nocturno tempore uero semper uehementius infestabantur, sequentibus autem grauiter patientes afficiente: Iungebatur hisce languor uirium maximus, plurimos illico lecto affigens, nonnullis tamen ita blandus, ut quinta, sexta die, orthostadii munia sua domestica rite subirent, ii maxime, quos fere per quinque, sex, aut septem dies nullis aliis apparentibus accidentibus febrem talem malignam concomitantibus, horror et calor febrilis inter se inuicem, ut in febre ir-

regu-

regulari intermitente, et alternatim recurrentes vexabant, non morbo alio, quam febre maligna, delitescente: Accedebant pariter, nauſea ciborum, in quibusdam conatus vomendi, raro in vomitus erumpentes, niſi in primis viis copioſa ſaburra humorum impurorum exiſtente, cardialgia, præcordiorum anguſtia, dolor grauatiuus, lancinatorius, et conquaſſatorius, non ſolum artuum, ſed et capitis, eiusque vertiginofa perturbatio, ſomnusque inquietus: raro præcedebat aut comitabatur hunc morbum coryza, aut grauedo, interim ob calorem nimium citatior, et ſuſpiroſa, obſeruabatur reſpiratio, comite dolore grauatiuo, lancinatorio, non raro leni punctorio pectoris et lateris, tuſſi ſicca, quosdam non diu, alios per totum morbi ſtatum torquente, demum pauliſper in humidiorẽ expectorationem craſſi et quaſi purulenti, cruentique mucii degenerante: os præterea ſicceſcebat, lingua modo magis arida, & cruſtoſa, ſitis iuxta temperamenta intenſior, vel remiſſior, dolor capitis & dorſi ſicuti & artuum tenſiuus, lancinatorius magis tamen conquaſſatorius, in principio morbi patientes grauius affligebat, quam augmento & ſtatu: Pulsus erat contractus, celer, & debilis, vrina ex flauo pallida fere ſanorum ſimilis, cum pauca in ſuperficie ſpuma. Sub augmento vero omnia ſymptomata, vt calor febrilis, ſitis, anxietates, inquietudines, iectigationes corporis, agrypnæ grauiora fie-

ſent, 74

D

bant,

bant, quae vel ex indole morbi, vel ex commissis tam in diaeta, quam cura diuersi erroribus, sequebantur leuiores vel fortiores deliria, turbata mens, affectus in quibusdam comatosi, inflammatio oris interni aphthoidea tonsillarumque, affectiones synopticae, sudores colliquatiui, tremores artuum, singultus, borborygmi in ventre, seu ructuosa deglutitio potulentorum, pulsus inaequalis, subsultus tendinum, conuulsiones & inde epilepsia. Haemorrhagia narium non saepe obseruata, plus periculi, ob accidentia grauiora deliria, quam leuaminis adtulit. Diarrhoeae in Aprili & media parte Maii plurimi patientes fuerunt subiecti, e contrario vero per alteram partem Maii & Iunii ad obstructionem alui magis proni. Sub his aliisque symptomatibus eruperunt praecedente oppressionem pectoris, & anxietate, dolore dorsi, pruritu et ardore cutis, foetore acido, vel petechiae vel purpura alba, bono vel sinistro effectu, quamuis et quidam plane exanthematibus carerent. Intuitu subiectorum qui imprimis morbo hoc laborarunt, plurimos ex classe temperamentum Cholericum-melancholicum, vel Sanguineum-Cholericum, raro Phlegmaticum, & rarius sanguineum fuisse, obseruatum est. Praeterea extra urbem in ditione circumiecta, ubi febris pectoralis spectabatur consociata, eadem quidem symptomata apparuerunt, vehementiori tamen gradu, combinata infu-

insuper cum illis Pleuritide vel Peripneumonia. Ad *Prognosin* venimus, *solutionemque* huius morbi, vel sinistrum vel dextrum euentum fortientis, sequentia damus: *Febris* haec, licet respectu malignitatis ob epidemicum statum, ac ob symptomata grauiora, tam patientem quam adstantes plus terrentia tamen, quam uere exitialia existentia, *periculo non caruit*, facile tamen hoc periculum superabatur, modo morbus lenissimo modo tractaretur; *Diarrhoea*, hisce febribus socia, indifferens visa, per dies autem quosdam durans facile nocebat morbi statum etenim confusum reddebat, ac aegrotorum vires magnopere prosternebat: alias nec moderatiores deiectiones, nec obstructio alui nocumentum adtulit, quae plerumque suboriebatur in augmento, inde magis optanda in hoc morbo adstrictio alui per vnum aterumue diem durans, quam excretio eius quotidie quatuor, quinque vel sex vicibus recurrens. *Præmatura eruptio exanthematum*, Petechiarum puta, purpura præcocter efflorescente, denotabat periculum et mortem uix euitabilem, similisque omnis petechiæ atro-caeruleæ, punicae, & fuscae, hae tamen non ita periculosae, vt priores existebant: maculas erumpentes patiente orthostadio, seu sua opinione sano, vidimus letales; mox progerminantes, mox retrocedentes petechiæ summum periculum portendebant; e contrario melioris notae fue-

D 2

iunt



runt in corporis peripheria constanter permanentes, coloris rosei, circa diem septimum, vel duodecimum erumpentes, etenim vno alteroue die praeter lapso subsequebatur mador, vel sudor, in hoc iubiecto largior, in altero parciior, cum patientis leuamine, ac totius status morbi in meliorem mutatione, symptomatibus nempe grauioribus et periculosis, nisi purpura delitesceret, successiue remittentibus: Purpuram autem nunquam citius, quam par erat, effloruisse, nec vllum subiectum ob copiam illius periuisse, recordamur: imo plus in febre stricte petechiali patientes iamiam ab his immunes leuamen morbi quoddam percipiebant, purpura nondum apparente. *Aphthae & inflammatio* bene distinguenda a siccitate & ariditate, ac crustacea lingua, periculi plenæ, ac plerumque exitiales erant; Fuerunt subiecta, quae erecto situ vel sedentia, vel stantia, *hypothymia* differenti tamen ratione facile corripiebat, nam in minus sensibiliioribus affectus talis incompletus nullum periculum intulit, completus vero his, et teneris (siue morbus hoc symptomate initium ceperit, siue in progressu ei superuenerit) totus periculo plenus erat: *Andisus gravis*, seu *stridulus* in statu morbi apparens, salutem portendebat, in augmento illius autem se manifestans indifferentis existerat praefagii, interea qui ab hoc symptomate immunes videbantur, nihilosecius tinnitu & surro

furro aurium afficiebantur, eiusdem prognoseos. Sudores nimis quidem non crebro observati, spectati vero statum morbi desperatum denuntiabant, idque pariter de aegris, ab initio sudoriferis fortioribus, vel simili regimine, ope caloris externi, vel etiam potus propinati, partim sua, partim medicastrosum culpa tractatis, intelligendum: hinc ait AVICENNA *Fen. II. Tract. 4. Sudor febrilis in principio aegritudinis est malus: significat etenim multitudine materiae cum malitia, nisi causa in eis sit humiditas aeri propter pluviam multam, cum minor est eius malitia.* Deliria, modo fortiora, modo remissiora, multoties observata, multis aegris tamen adhuc mentis abalienatione liberis, circa diem criticum nullum periculum denotabant, interea experientia nobis contraria dedit illis, a multis Autoribus, & NENTERO *Fundament. Med. Theoret. Pract. Tom. II. pag. 611. prolatis. Deliria post primum septenarium semper peiora indolis esse, quam quae ante eum occurrunt. Apparentibus tendinum subsultibus & convulsionibus, dubiosus & periculosus spectabatur exitus, imprimis si presso pede in Epilepsiam abierunt, multi tamen ex orci faucibus erenti, non autem epilepsia concertantes. Si natiens iam die quinta, Sexta, septima, vel octava ante eruptionem petechiarum, vel paulo post inciperet delirare, certe superveniebant die nona convulsionibus, & epilepsia, die decima & undecima mors: incipiens vere circa diem decimam, undecimam aut duode-*

cimam, terminatis iam petechiis, licet purpura adhuc expectanda, mentis abalienatio, nullum periculum, symptomatibus caeteris non exitialem euentum denunciantibus, inuoluebat. *Euentus* igitur morbi sequens ad *salutem* erat: Si nempe patiens non per praeposteram curam aegritudinem suam redegerit in statum confusum, sed viribus prostratis, in aequali & temperato calore quieuerit, interea tamen omne aestuosum regimen, potum spirituosorem & inebriantem caue & angue peius oderit, auramque liberam & frigidam vitauerit, symptomatibus insuper non nimis copiose simul et semel grauioribus, imprimis ab initio, vel sub augmento, sese prodentibus: Si macularum praeterea efflorescentia non nimis mature, sed circa diem septimum in febre strictae petechiali, in petechizante vero die vndecima vel duodecima, exordium tentaret, ipsis non copiose nec sinistri coloris apparentibus, nec retrocedentibus, sed subsistentibus per quinque vel sex dies, successiue iterum dispersis, purpura vero in priori statu morbi circa diem decimum vel duodecimum, in posteriori uero circa decimum quartum aut quintum decimum efflorescente, tali etenim rerum statu, quamuis periculosa symptomata se circa dies criticos monstrabant, spem tamen licebat adhuc concipere de aegroti conualescentia: Mador et sudor, si deriuaretur die octaua in priori,

priori, aut circa diem decimam aut duodecimam in posteriori statu morbi e periphæria corporis, ac per aliquot dies modo largius, modo parcius, licet cum languore virium manans, flueret, alio interim uel ordinario modo, vel parce fluxa, vel alternis diebus suo officio fungente. Inde in febre petechiali die vndecima et duodecima, in petechizante die decima quarta, vel decima septima patientes leuamine gaudebant, quietiores enim tunc temporis & animo erectiores redditi, siti ac aliis symptomatibus remittentibus, vrina copiosius & crassius scaturiente; affulgente pariter sanitatis spe pulsus contractus, durus, et celer, mutabatur in melius, per nares mucus crassus coloribus variegatus, quandoque cruentus, per tussim similis pituita, per anum excrementa foetida & copiosa inueniebant exitum, somnus et ciborum appetentia redibat, pluraque symptomata euanescebant. Patientes quidem ob vires amissas adhuc per sex septem, vel octo dies non potuerunt lectum deserere, nihilominus intra hoc tempus magnopere se melius habentes ita ut breui, sine ullo incommodo ( nisi quod quendam sensibiliorem vertiginosa capitis perturbatio ob situm erectum et perpendicularem, sponte demum euanescebat, per aliquot adhuc dies afficeret ) incubiculo obambulant, præterlapsisque denuo quinque vel sex diebus tuto

D 4

liberae

liberae aurae sese committerent. Caeterum vera obseruauimus, quae scribit Excell. **HOFFMANNVS** *Med. Systemat. Part. II. pag. 425.* *Ego saepius apud aegrotantes obseruavi, ubi morbum in declinatione fuit, eos non potuisse placidum somnum, appetentiam, & vigorem in animo & corpore recuperare, sub argenti & ceteris humiliori statum in barometro, cum primum sero loca altiora petiit mercurius, mox languor decesit, et vires incrementum coeperant.* Perbelle ergo, omnibus trutinatis, per quae nempe morbus epidemicus exantlatus, seu suam crisin habuit, nulla alia loca quam peripheriae pori sunt recensenda, per hos etenim causa morbi, vel more exanthematum, uel madoris aut sudoris eliminabatur, principio vitali nec per vomitum, aut fluxum sanguinis, nec urinam solam, aut excretionem pituitosam per nares, nec expectorationem, aut diarrhoeam solam tentante solutionem. *Eventum vero malum* praesagiebant festinantes et praecipitatae curae medicastrosum, vel si aeger male moratus impatienter se gessit, spreto conuenienti regimine et diata in super habita: Symptomata etenim grauiora, ut delirium, subsultus tendinum, conuulsiones, primo iam septenario vel paulo post ingruebant, vomitus singultus, borborygmi ventris, in statu morbi inualescebant, haemorrhagiae, aphthoidea inflammatio, sudores, et diarrhoeae colliquatiuae, per incongrua medicamenta ita proritatae sese manifestabant, petechiis interea retrocedentibus, inde praeuiis conuulsioni-

fioni-

sionibus et epilepsia vel comatoso affectu uel  
 apoplexia patiens, in febre strictè petechiali  
 die nona vel decima, in febre petechizante,  
 seu purpurea die duodecima aut decima  
 quinta vitam cum morte commutauit. Cæ-  
 tarum dictum clariss. CARLI de hac febre,  
 nempe *multa esse quæ terreat, pauca quæ perimant*  
 pariter tam de morbo, quam medico praxin  
 exercente communiter verum factum esse as-  
 fero: quanti enim rumores, vana commen-  
 ta, aliaque nugæ hinc et inde de Patria no-  
 stra, imprimis Nissa, ac eius morbis mortem  
 inferentibus sparsæ et ebuccinatae sint, can-  
 dida veritate ubique silentio pressa, palam est  
 si vero calculum instituamus, in vrbe proprie  
 sic dicta vix 500. homines morbo praesenti la-  
 borasse, ac vix 50. aut 60. expirasse animam,  
 quantus quaeso numerus est hic, et quam fu-  
 it morbus iste? nonne cernimus famam men-  
 dacem? Nos certe sine imputanda nobis ia-  
 ctantia scribere audemus, e *centum* nostrae cu-  
 rae in hoc morbo aegris et pluribus concredi-  
 tis, non vltra *quatuor* interisse. *Primus* quidem  
 petechiis praematurae erumpentibus labo-  
 rans, his vero praesentibus adhuc liberae auræ  
 se committens, sub morbi ulteriori decursu  
 nullum refrigerium uitans, itaque mox re-  
 trocessionem mox iterum eruptionem macu-  
 larum causans, morbi die vndecima Apople-  
 xia derepente extinctus est. *Alter* sexus fe-  
 quioris *persona*, cui insciis nobis septimo die

D s

admi-

administrabatur venae sectio in brachio et sub lingua, praeseruatiue iam aliquot diebus ante morbi inuasionem sanguine misso, diarrhoea, per crebro propinatos Iulapios, aliaque minus congrua medicamenta, excitata, die decima quinta naturae tributum exsoluit. *Tertius* vir morbi impatientissimus, neque se lectulo tradens, nec medicamenta ordinato tempore assumens, ab initio morbi se inebriauit vino adusto, superfluis nihilominus vomitu redditis; die decima morbi autem, petechiis iam cutem pingentibus, laborem in aqua, cui varia mineralia immixta, peregit, die duodecima ex desperatione hausit libram vnā cum semisse spiritus vini (vel aquae vitae) et desuper Aquae Theriacalis vnicas tres, vnde immediate in soporem nulla arte excutiendum prolapsus, die decima quinta efflauit animam. *Quarta* mulier iuuenis eximie plethorica ab initio purgantibus et sudoriferis assumtis iam iam facta efflorescentia macularum die nona, praecedente delirio furioso, pariter apoplexia interemta est. Quid vero in suburbiis veterique ciuitate acciderit, id in totum compertum non habemus, certum tamen manet, plures hoc morbo laborasse, pluresque exspirasse: Nemini autem id mirum uidebitur, si perpendat, talia subiecta ob omnium rerum penuriam, Medicos prudentes non potuisse consulere, medicastrozum autem et balneatorum consilia plus nocumen-

cumenti, quam emolumenti attulisse: interim illis magis fames quam morbus ipse exitio fuit. Ad *Therapiam* tendentes prius mentionem nos oportet *Curæ Prophylactica* instituire; praemissis in subiectis plethoricis eique adfuetis, venaesectione, ac laxantibus Rhabarbarinis, Essentia Alexipharmaca STAHLII, cum Spiritu Nitri dulci, vel Ess. Scordii cum Mixtura Simplici combinata, vel Pulveres Bezoardici nitrosi, apud alios vero Aceta Alexipharmaca, siue simplicia siue composita ac Apophlegmatizantia lenia omnem absoluerant paginam. *Remedia vero ipsi morbo opposita* non ex multis speciosis Alexipharmacis, Bezoardicis, Cordialibus, Cardiacis et id genus aliis desumpta, sed nomine quidem inferiora, effectu autem praestantiora fuerunt, talia nempe, qua virtute temperante, & materiam malignam blanda diaphoresi eliminabant, vt Absorbentia partim cum, partim sine acetositate Citri parata, Conchæ scilicet, Lapides cancerorum, Mater perlarum, Cornu Cerui sine igne, Ebur sine igne ppt. Antimonium diaphoreticam, Bezoardicum minerale, Pulveres Bezoardici albi HOFFMANNI, Nitrum purissimum vel Antimoniatum, Mixtura Simplex, Tinctura florum Papaueris rhœados MYNSICHTI, Rosarum, Bellidis, Aquæ Flor. Tiliæ, Ceraforum nigrorum, Scorzone-  
rae, Galegae, Flor. Sambuci, Syrupo Acetositatis Citri, Rubi idaci, Papaueris rhœados



dos edulcoratae, potus sufficiens. In nimia  
*prostratione* *circum* sequentibus analepticis suc-  
 currebamus, Aquis nempe praedictis, ac Cor-  
 diali SENNERTI frigida, Flor. Borriginis,  
 violarum, Buglossae, Cinamomi sine vino,  
 Aurantiorum, pœoniæ, Syrupo Flor Tun-  
 cæ, Julapiis Rosatis, gemmatis, Confectione  
 Alkermes, de Hyacintho, Gelatina Cornu  
 cerui, Eboris, Emulsionibus ex Amygdalis  
 dulcibus, Seminibus quatuor frigidis maio-  
 ribus, cum aquis conuenientibus et Julepis  
 paratis, his & potiunculis, Pulueribus Be-  
 zoardico albo HOFFMANNI, unicornu ma-  
 rino, Specifico cephalico MICHAELIS, Epi-  
 leptico MARCHIONVM, in connubium da-  
 tis. *Symptomata* *Argentia* mitigarunt, pro diuer-  
 sa eorum praesentia, Camphorata, Viscan-  
 tia, Suppositoria, Clysmata, Nitrosa, Crystal-  
 lus montana, Species de Hyacintho, Electua-  
 rium Diascordii FRACASTORIS, Tinctu-  
 ra Rhabarbari, pluraque iam antea recensita.  
*Methodus ipsamet medendi* sequentibus fulcris in-  
 nitebatur: Omnem enim tam cereuissiam  
 quam vinum vitare quamlibet oportebat, pro  
 potu ordinario autem Decoctum, ex Rasura  
 Cornu cerui, cum Radice Scorzonerae, &  
 Cortice Citro, vel toto pomo citrio adiecto,  
 bibere, cui quandoque & hordeum vel Con-  
 ferua Rosarum addebatur; apud pauperes  
 sola aqua fontana, in qua cocta crusta panis,  
 rem exhaustit. Interea sub totius morbi du-  
 ratio-

ratio-

ratione exhibebantur medicamenta ex Ab-  
forbentibus, Diaphoreticis fixis, Nitrosis &  
Cinabarinis, ita per se, vel cum aquis conue-  
nientibus, syrups & Tincturis in formam  
potionis, vel mixturæ coacta, ob genium  
status morbi vero, symptomatum, tempera-  
menti, aliorumque, modo his, modo illis vel  
additis vel omissis. His itaque diligenter  
vsurpatis, placidus febris cursus, diapnoë, &  
materiæ malignæ successiua excretio pro-  
mouebatur, morbi & symptomatum excessus  
cauebatur, quod eo certius factum, si erum-  
pentibus petechiis vel purpura, notatis ad-  
iungerentur Emulsiones amygdalarum sim-  
plices, vel compositæ, item Gelatinosa, iuscu-  
la hordeacea, auenacea, causam morbificam  
magis temperantia, inuoluentia, & disponen-  
tia ad idoneam excretionem. *Debilisati nimia*  
prænotata confortantia opponerentur, ex-  
terne adhuc odoramentis ex acetis herba-  
ceis, vel ad summum aqua Reginæ Hun-  
gariæ admotis, ac pulsibus carporum ad-  
plicatis. Quæta interim in lectulo con-  
tinentia optime ad madorem vel sudorem  
disponebat corpora, quo per aliquot dies  
fluxo, sub affiduo horum medicamento-  
rum usu leuamen sentiebatur, ac morbus in  
declinationem tendebat, unde ulterius uel  
Mixturam refrigerantem P. cum mixtura  
simplici combinatum, vel Essentiam Alexi-  
pharmacam STAHLII cum spiritu nitri tem-  
pera-

peratam iussimus adhibere. Apud pauperes bonum praestabant effectum Mixtura refrigerans P. vel sola, vel mixtura simplici pariori dosi, maritata, et mane, a meridie vero et vesperi, dosis pulueris Bezordici WEDELII cum nitro purissimo, oblata, in statu alias morbi, & sola mixtura refrigerante egregias vires exferente. Symptomatum autem vrgentium ratione, *Obstructio alui* referabatur Globulis Sacchari moschati, vel his in cassum usurpatis, Clysteres ex Decocto Veronicae, Chamomillae floribus, cum oleo oliuarum, & Saccharo vel sale culinari, opem laudandam praestabant. *Diarrhoeam* Essentia Alexipharmaca cum dupla vel tripla portione Tincturae Rhabarbari mixta, refractariam vero pulueres vel potiunculae, admixtis Crystallo montana, nitro Antimoniato, speciebus de Hyacintho, ad haec vero aluo nihilominus fluente, Electuarium Diascordii FRACASTORIS parca manu datum cum bono effectu & raro fallente compercebant. *Dolores Capitis* optime sedebant Epithemata sicca ex pane fecalino, contuso semine cumini, et Baccis iuniperi, addito sale, et species irrorando paulisper cum Aceto Rosarum, Lil. conuallium & spiritu vini Camphorato, his vero nil proficientibus dextrum effectum praestitit unguentum Alabastrinum camphoratum cum oleo nucleorum persicorum et anethi remixtum. *Deliria, tremor artuum sub-*  
*sultivo*

*saltem tendinum & convulsiones*, remedia diapnoica, temperantia, confortantia, ac antispasmodica, externe vero dira talia symptomata refrenabant vesicatoria vnum ad brachium, alterum ad suram applicatum. *Siccitas oris, ariditati linguae, ac inflammationi aphthoideae faucium* dextro effectu partim linctus, ex mucitaginibus Seminis Cydoniorum, Psyllii, cum aqua Prunellæ extractis addito succo semperuini maioris, Roob diamorum, Melle rosaceo vel Syrupo Violarum, ac nitro purissimo, vel lapide Prunellæ, vel Gargarismata lenia subadstringentia opponerentur. *Tussis*, si quæ adesset, leniebant vel infusa Theiformia ex Herbis pectoralibus, vel aquæ distillatæ æqualis virtutis cum pulueribus & aliis ex Saccharo lactis remixtæ. *Hæmorrhagiæ narium* obuoluentibus, obicem nitrosi liberalior manu datis, & aquis sic dictis refrigerantibus, vel temperantibus, diapnoicis, adsociatis, ac interne propinatis, ponebamus. Esculenta cæterum facilis digestionis iniunximus, quia ægri autem ab his & aliis plerumque nauseam conceperunt, necesse non fuit acriter horum vlui insistere. Prolata igitur sunt, quæ profuerant, quæ vero nocuerunt, sequentibus notamus: *Vomitoria* nullum laudabilem effectum post se reliquisse cernebamus: quando etenim subiecta cruditates inprimis viis habentia sponte illas principio morbi post deglutita digestiua excreuerint, in propa-  
tulo

tulo est, illis nos potuisse carere, raro subiectum se obtulit, quod ab initio, prima vel secunda die, ob nimiam corruptorum humorum in primis viis vndulantium, exitumque continuo affectantium copiam tale quid opus habuit, si vero eiusmodi, casus occurreret, procurauimus leniter aliquot vomitus cum conuenienti dosi Radicis Ipecacuanhæ. *Purgantia* nocuerunt eoque magis, quo fortiora fuerunt, certo certius exinde subsequuta, diarrhœa colliquatiua, inflammatio intestinorum, deliria furiosa, conuulsiones, et mors. Quid uero de Venæ sectione dicam, de qua FO-RESTVS *ib. V. obseruat. de Febr. cum morb. Epidem. grass. III. Schol.* scribit: *Quamobrem non placet mihi illa sententia cuiusdam medici, de quo mentionem facis, qui sine discrimine in isto malo Epidemico, semper Venæ sectionem esse secandam in omnibus ægris, ut refert, neque illorum ratio sic mihi probatur, qui omnino subent, in omnibus a Venæ sectione abstinere; & paulo inferius: oportet igitur diligenter distinguere, quibus Venæ sectio conueniat, & quibus non iuxta indicationes curandi, vel sanguinis mittendi, quæ vel admittant vel omnino dissuadeant.* Nos illam nulli suafimus, etenim eam cum plurimis Autoribus tam veteribus quam recentioribus pro noxia declaramus, experientia omnium rerum fida magistra, a dextra nobis stante. Quum uero patiens eximie plethoricus, venæ sectioni adfuetus, illam prætermiserit, & tempus sanguinem alias mittendi consuetum adfuerit, in principio principii morbi admisimus, quia autem rarissimi-

rissime tale subiectum nobis conceditum, rarissime in illam necesse habuimus. Vide hac de re differentes FRACASTORIVM, THONERVM, HEVRNIVM, HOECHSTETTERVM, STAHLIVM, HOFFMANNVM, ALBERTVM, PELARGVM, JVNCKERVM ac plurimos alios ex recentioribus & non infimi subfellii viris: Conspeximus etenim hac administrata, vires magnopere labefactatas, morbum irregularem reddi, exanthemata coloris alieni mox apparentia mox disparentia, circa dies criticos uero deliria, subsultus tendinum, conuulsiones et mortem. Fateri & cogimur, tantum non omnes, qui sanguinem e uenis emiserunt, epidemico morbo mortuos: E contrario uero maximam ægrorum partem, ea scilicet non admissa, licet morbum periculossimis symptomatibus stipatum paterentur, ex orci faucibus quasi rediisse. Pari passu ambulat *sectio* damnosa *raninarum* (das *Lassen der Bräune*) nos illam, lingua licet tota arida & crustacea existente, non suasimus, ubi autem nihilofecius administrabatur, prunella, inflammatio apthoidea subsequuta, non bonum euentum præfagiens. *Essentiae Alexipharmacae, Tincturae Bezoardicæ, calidiores, æqualisimæ fluida spiritu uini parata, Pulueres ampla & confusæ compositionis, ac ex terreis, solaribus, aliisque licet pretiosis, effectu tamen inertibus ingredientibus constantes, sudorifera deinde positivæ salis, ardiaca, aromatica, licet ceu efficacissima vul-*

Spec. IV.

E

80

go commendentur, nullam præstiterunt utilitatem, potius massam humorum nimis commouendo, excretiones efflorescentiarum retardando aut præcipitando, palato ægroti non solum fuerunt ingrata, sed et grauiora mala, symptomatum nempe exacerbationes, post se traxerunt. Similem virgulam censoriam merebantur *Camphorata*, & *Salia Solutilia* interne propinata, cane & angue peius fugienda, sequebantur etenim eorum usum ingentes præcordiales anxietates, sitis inexhausta, ardor ventriculi, & cardialgia, calor excessiuus, dolores capitis & agrypnia indolerabiles, deliria, subsultus tendiorum &c. Et qui porro omnium malorum finem, ad mortem nempe aditum, quidem placidum, sed certum, atque symptomata patientem ante determinatum tempus iugulantia cupiebat cernere, *opiatæ*, & *narcotica* usurpare debuit. *Diarrhoea excitata a purgantibus & deinde sedata adstringentibus & opiatæ* certissime aphthas & inflammationem canalibus alimentorum post se relinquebat. *Epithemata actu & potentia nimis frigida* fronti & temporibus admota, dolorem capitis quidem sedabant, sed deliria excitabant morbumque confusum, pariter ac statum ægri peiorem reddebant. *Copiose Medicamenta & crebra ingesta, sinistrae, & nullius morbo conuenientis compositionis* existentia, aegro nec vllum leuamen, potius nocumentum attulerunt, hinc medicamenta, maligna febre, symptomati-

matibusque ac statu ægri non contradicente, quo leniori indole prædita, ac minori do-  
 si propinabantur, eo melius ac citius dexter  
 effectus ab iis spectabatur, & morbo impo-  
 nebant finem. De *Febre maligna* pectorali  
 confociata, & rure hinc & inde grassante  
 plura annotare non possumus, quam quod  
 præmissa, ut ibi moris, sectione venæ media-  
 næ in brachio, et raninarum, die Septimo ple-  
 rumque euaserit letalis, Medico vero in con-  
 silium accersito, facile per medicamenta, ex  
 Pulvere Magnesiæ albæ, pectorali resoluen-  
 te WEDELII, Antispasmodico nouo, ex mi-  
 xtura refrigerante & simplici combinatis,  
 infusis Theiformibus ex vegetabilibus pe-  
 ctoralibus, & diapnoicis fuerit curabilis.  
 Concludimus igitur descriptionem *Morbi Epim-*  
*demici Nissenfis* intra octodecim annos, inter ci-  
 ues nostros non ita copiose grassati (optan-  
 tes præterea, ut & alii huius mali alibi in Si-  
 lesia non minori vehementia furentis deli-  
 neatam historiam publico non denegent,  
 adiectis experimentis atque obseruationi-  
 bus, qualis videlicet differentia tam inter  
 morbum ipsum quam inter nocentia pari-  
 terque iuuantia intercesserit, illustratam)  
 finem huic festinatae lucubrationi imponi-  
 mus verbis HOECHSTETTERI *Obs. Med.*  
*Part. II. p. m. 247.* dicentis: *Scrpsi hæc fide Medica*  
*& Christiana pietate, qui meliora poterit, eodem des-*  
*crisimo.*



---

OBSERVATIO. IV.  
D. GOTTLIEB OELSNERI

Medici Wratislaviensis \*)

Relatio Medica

*De Febrium Epidemicarum, Dynastiam  
Liberam WARTENBERGENSEM ha-  
tenus infestantium praesenti  
statu.*

QUm Febres Epidemicæ Liberam Dy-  
nastiam WARTENBERGENSEM et-  
iam non solum vehementer infestarent, sed  
et incolis maioris mali metum incuterent,  
JOH. CHRISTOPH. à DRESKY, Dynastiæ  
Præfectus suarum esse partium credidit Li-  
teris die XVII. Junni Anni 1737. exaratis, \*\*)  
Supre-

---

\*) Notam Lectoribus esse volumus, *Observationem II.*  
*de Puero Judæo pro hermaphrodito falso vendito,*  
*tertio Satyrarum nostrarum specimini insertam Præ-*  
*clariss. huius Viri calamo deberi.*

\*\*) Sequentibus verbis conceptis:

Hochgebohrner Reichs-Graff.

**E**ur. Excell. Excell. und einem Hochlöblichen  
Königl. Ober-Ambts-Collegio, haben wir  
zwar unterm 14. May Anni currentis die Consigna-  
tion der in dieser Freyen Standes-Herrschaft  
Wartenberg verstorbenen Pflicht-mäßig eingesen-  
det:

Supremæ Curix vtriusque Silesiæ eiusque Directori Excellentissimo periculum exponere, simulque indicem partis eorum qui à prima Januarii die vsque ad xv. Junii tam aliis morbis, quam præsertim Febri Epidemica fatis cesserunt, partim actu adhuc decumbentium transmittere, qui sequens est:

det: Nachdem aber sich geäußert, daß unterschiedene aus Furcht gesperrt zu werden, da doch keine höchst ansteckende Seuche verspühret worden, viele verschwiegen, wornach über dieses auch die Einsendung derer fernern eigentlichen und gewissenhaftesten Specificationum percurrendam abermahl angeordnet worden;

Als haben hierdurch Eur. Excell. Excell. und einem Hochlöbl. Königl. Ober-Amts-Collegio wir hiermit beygegebne Specification derer a Ima Januar. bis 15. Junii in dieser freyen Standes-Herrschaft Wartenberg verstorbenen, und daro noch kranken Personen Pflicht-schuldigst einsenden sollen, mit allem Respect verharrende

Eur. Excell. Excell. und

Lines 2c. 2c.

Wartenberg,  
den 17. Juni. 1737.

Gehors. und Dienst-schul-  
digster

Hans Christoph Fr. v. Drestky

Andreas Hasselau.

E 3

Enu-

## Enumeratio

Eorum, qui in Libera Wartenbergensi Dynastia a primo Januarii die, ad decimum quintum Junii vel mortui sunt, vel actu adhuc aegrotant.

<i>In Vrbe</i>	Wartenberg	Mortui.	Aegroti.
	<i>cum sub urbiu,</i>	65.	12.
	Bralin,	115.	42.
<i>In Pagis</i>	Trembatschau,	82.	- -
	Neudorff,	52.	- -
	Schleife,	43.	6.
	Baldowiz,	22.	2.
	Kohsel,	36.	12.
	Türckwitz,	36.	12.
	Schlaupe,	34.	2.
	Stradamb <i>superior,</i>	58.	- -
	Stradamb <i>inferior,</i>	46.	12.
	Kuntzendorff,	64.	4.
	Munchwitz	36.	4.
	Grunwitz,	30.	9.
	Nassadel,	10.	4.
	Dombfel,	15.	21.
	Spitschin,	9.	2.
	Dalbersdorff,	13.	1.
	Boguslawwitz et } Eichgrund, }	14.	- -
	Schreibersdorff,	34.	20.
			Mechau,

	<i>Mortui.</i>	<i>Aegroti.</i>
Mechau,	30.	5.
Radin,	10.	16.
Bischdorff,	16.	24.
Rudelsdorff,	10.	8.
Langendorff,	74.	7.
Woitsdorff,	43.	12.
Perschau,	5.	6.
Schallendorff,	50.	3.
Goerndorff,	22.	5.
Schoenwald,	56.	12.
Mutschelnitz,	83.	8.
Buckowin,	31.	1.
Bunckey,	16.	13.
Steine,	21.	5.
Elguth,	7.	3.
Diestelwitz,	11.	15.
Vlbersdorff,	10.	3.
Kraschen,	37.	18.
Gafron,	27.	17.
Rippin,	} 79.	60.
Elguth, &		
Mangschutz,		
Commerau,	5.	3.
Tschermin, &	5.	5.
Mertzdorff.	27.	8.
Summa	1468.	428.
	E 4	Quo

Quo facto suprema Curia, concepto haec de causa die VI<sup>ta</sup> Julii Decreto, D. D. GOTTLIEB OELSNERNVM Medicum Wratislaviensem, et JOH. CHRISTOPH. TESCHNERVM Chirurghum, Wartbergam e vestigio abire, morbique statum explorare iussit. \*) Qui Medicus morem gerens, iterque decretum cum dicto socio absque mora faciens, re peracta, die XII Julii inquisitionis institutae sequentem reddidit rationem:

P. P.

\*) Decretum tale fuit:

**W** In der Röm. Kayser- auch in Germanien, Hispanien, Hungarn und Boheimb Königl. Majest. Wärellich und Geh. Rätthen, Ritttern des Goldenen Bließes, Directore, Cankler und Rätthen bey Dero Königl. Ober-Unte im Herzogthum Ober- und Nieder-Schlesien, dem allhiefigen Medicinae Doctori, Gottlieb Oelsner, und Chirurgo Johann Christoph Teschner, hiermit anzufügen: Mann habe auß beygehenden Wartbergischen Bericht und deme accludirter Consignation den in dasiger Standes-Herrschaft für waltenden gefährlichen Gesundheits-Zustand entnommen, und daß solcher insonderheit in denen Orthen, Bralin, Boguslawitz, Richgrund, Radin, Mutschelnitz, Rippin, Ellguth, und Mangschütz, viele Menschen dahin raffte, in Erfahrung gebracht; Wann

P. P.

Quum Ego infra subscriptus, peculiari SV-  
PREMAE CVRIAE vtriusque Silesiae  
decreto die vi. Juli iussus fuerim, vt mor-  
bos præcedentibus mensibus in Libera  
WARTENBERGENSI Dynastia, præsertim  
in *Bralin, vrbe, Boguslawitz, Eschgrund, Radin, Mur-  
schelnitz, Rippin, Elguth & Mangschütz* pagis præ-  
cæteris epidemice grassantes, adcuratae in-  
quisitioni submitterem, affectusque statum  
et indolem eruerem; ea qua par est reueren-  
tia, debitam iustamque sequentibus SV-  
PREMAE CVRIAE desuper exhibeo rela-  
tionem.

E 5

Post-

Wann nun, um hinter die wahre Beschaffen-  
heit des aldorten grassirenden Übels zu kommen  
das Königl. Ober-Amt einen erfahrenen Medi-  
cum und Chirurgen dahin zu senden nöthig er-  
achtet, und hierzu dieselben ansersehen hat:  
Als werden Sie zu sothaner Berrichtung sich  
also gleich, doch nur in aller Geheimb, ohne ei-  
nigen Ruff davon zu veranlassen, sich anzu-  
schicken, bey Ihrer Ankunfft in Wartenberg  
sich bey dasiger Standes = Herrlichen Re-  
gierung, oder demjenigen, welcher daselbst da-  
von die Vices vertrethen thuet, in ebenmäßiger  
Stille anzumelden, und allen nothigen Vor-  
schub, nebst dem bedürfftigen Vorspann zu ge-  
warten haben, einfolglich mittelst dasselben sich  
in

Postquam enim cum Chirurgo JOH. CHRIST. TESHNERO mihi adiuncto, die VII. Iulii post meridiem *Wartebergam* perueni, mox eodem adhuc die aegrotos tam intra, quam extra muros decumbentes nos ambo visitauimus, postea reliqua, partim a fundi Dominis & magistratibus nobis indicata loca accessimus, quo facto obseruari potuit: Morbos & antecedentes & praesentes non alios esse, quam *Veras Febres Catarrhales malignas aut Petechiales aut Petechizantes*, partim & *Catarrhales benignas*, quarum priorum vestigia etiam in subiectis iam restitutis dilucida adhuc reperiabantur.

In aegrotis, *malignis febribus actu laborantibus*, sequentia *symptomata* praeter ceteris fuerunt *notabilis*. Primo sese exerebat artuum debilitas & torpor, quem in quibusdam appetitus im-

minu-

in ob specificirte, auch andre, Ihnen etwa vor verdächtig angezeigt werden mögende, Orthe begeben, die darnieder liegende beaugenscheinigen, und den wahren statum Morbi eruiren, Uns aber sodann über den Befund einen ausführlichen schleunigen Bericht erstatten. Decretum Breslau, den 5ten Julio An. 1737.

H. A. Schaffgotsch mpria.

Seb. Sel. Sr. v. Schwanenberg.

Ex Conf. Supra, Reg.  
Cur. Duc. Silesiae,

D. H. Mengelsberg.

minutio, nausea, & plenaria virium proftratio excipiebant, postea conquesti sunt ægro-  
tantes de horrore leui, phlogosibus, calore  
& frigore inter se alternantibus, & sese in-  
uicem excipientibus, cum quadam capitis  
temulentia, quibus cum coniuncti erant, in-  
gens præcordiorum anxietas & angustia, do-  
lor pressorius circa ventriculi regionem, spi-  
randi difficultas, faucium ariditas, sitis cla-  
mosa, intolerabilis cephalalgia, dorsi dolor,  
& omnium artuum spasmi. Multos in au-  
gmento æstus febrilis, inquietudines et in-  
lectulo iectigationes vexabant, accedentibus  
vehementissimis deliriis. Multi e contrario  
pro ratione scilicet vel subiecti vel miasma-  
tis maligni in corpore nidulantis, parum vel  
leuiter delirabant. Inter has turbas apud  
haud paucos *Petechiæ*, id est maculae partim  
rubrae, partim fuscae, imo non raro nigre-  
scentes eruperunt, inflammato existente  
collo, lingua arida, aspera, nigra, cutis por-  
cinae fumo induratae ad instar, quae omnia,  
superuenientibus artuum tremore et con-  
uulsionibus magnus aegrotantium numerus  
funesta experiebatur.

*Morbi*, & iuuenes & aetate prouectioris in-  
festantis, *status praesenti*, familiares erant, in-  
signis virium abolitio, calor summus & sic-  
cus, sitis clamosa, pectoris oppressio, spasti-  
cus artuum dolor, noctes insomnes, sensuum  
internorum confusio, deliria fortiora, respi-  
ratio



ratio concitata, dolores in pectore & lumbari regione pressorii & punctorii, tusses leuiorres, lingua apud multos vsque ad œsophagum arida, aspera & ex fusco nigricans. Exanthemata, in omnibus fere decumbentibus, incolis præsertim locorum ad Poloniæ confinia sitorum, conspicua, maculas paruas referebant coloris rosei, plurimum tamen cœrulei (violacei) et ex rubro nigricantis, non aliter ac si cutis acu puncta & deinde fuggillata esset. Paucissimi Purpura rubra laborare obseruantur. Aliquos Diarrhoea & Dysenteria vna cum exanthematibus infestabat. Circa declinationem morbi, quum videlicet conualescere inciperent miseri, auditus difficultas communiter sese exerebat. Cessante febre, licet iam patientes lectum reliquissent, vestigia macularum in extrema cutis superficie satis conspicua diu tamen adhuc ostenderunt. Multi morbo maximam partem superato, cachectio praediti videbantur habitu, de Lympha mucido-seroso viscida, & solidarum partium relaxatione testante, quia non solum pedum tumores per humorum metastasin Naturae autocratia factam, excitatos, sed & œdematosam manuum vultusque intumescenciam notare licuit, imo in subiecto adulto omne abdomen, spina dorsi, Nates eiusque musculorum Glutæorum regio, femora, pedes numerosis vlceribus cacoëthis obsessi videbantur, In Pago

*Elguth,*

*Elgusb*, viri cuiusdam facies adeo intumuit, vt in suppurationem putridam cilia depascentem, ipsisque oculis oppido periculosam degeneraret tumor. In alio pago *Rippin* feminae cuiusdam, vtramque manum obsessit tumor inflammatus, Gangrænam minitans. E contrario haud pauci, superata videlicet aegritudine adeo erant *δύσαρχοις*, vt vix ossibus hærerent, sceletumque cute tantum vestitum referrent.

Notari tamen volumus, quod, quos uisitauimus, plurimi, quatuor, quinque vel sex septimanas, imo vltra duos menses ab ipso Paschatos festo, alii vero ante octo demum vel quatuordecim dies lectulo affixi hæserint. Nulli, se crisin per narium hæmorrhagias, prout alias & alibi huic febrium generi solemne solet esse, passos fatebantur.

*Numerus decumbentium, eorumque morbi conditio*, quos partim supra nominatis partim aliis nobis indigitatis locis uisitauimus, talis erat:

1) *Wartenbergae,**Aegroti.*

tam intra quam extra muros,  
qui ad vnum omnes *Febre petechiz ante & petechialis* laborant.

7.

2) *Boguslawiz & Eichgrund,*  
vacant3) *Kuntzendorff,*

Hic notabantur maculae ex  
coeruleo nigrescentes, & ru-  
brae

	bræ coniuncta apud quosdam purpura rubra; aliqui diar- rhoea vexabantur, aliqui ar- tuum spasmis, vñus dysen- teria; nec deerant oedema- ta pedum	<i>Agroti.</i> 14.
4)	<i>Grunwitz,</i> Petechiae. Oedemata. -	2.
5)	<i>Trembatschau,</i> Similiter - -	21.
6)	<i>Bralini,</i> Plurimos fames eneruauit; nulla exanthemata, status ca- checticus, pedum manuum- que oedemata, in his supra citatus vlceribus cacoethicis obsessus occurrebat; <i>δύσγαρ- χοι,</i> Diarrhoea & Dysenteria infestati. - -	16.
7)	<i>Rippini,</i> Petechialis febris, oedemata rariora. - -	10.
8)	<i>Mangschütz,</i> Similiter - -	20.
9.	<i>Elguth,</i> Grassabatur febris Catarrha- lis maligna petechialis, cum purpura rubra, Diarrhoea, Dysenteria pedumque tumo- re. - -	14. 10) <i>Bischa</i>

	<i>Aegroti.</i>
10) <i>Bischdorff,</i> Itidem febris petechialis.	4.
11) <i>Radini,</i> Pariter febris petechialis, pedumque tumores.	5.
12) <i>Rudelsdorff,</i> Sola febris, quod rarissimum erat, Catarrhalis benigna.	5.
13) <i>Schoenwald,</i> Febris iterum occurrebat Petechialis iuncta pedum vultusque intumescencia.	4.
14) <i>Mutschelnitz,</i> Pedum in aliquibus oedemata, in reliquis petechiae.	10.

---

Summa 132.

*Aliud* igitur, ut supra iam indigitatum est, Morbo non convenit NOMEN, nisi Febris acutae Catarrhalis malignae Petechialis aut Petechizantis, non vero contagiosae cuiusdam aut periculosaee vel ipsius pestis indolem habentis. ORIGI-NEM morbus, sine controuersia, debet copiosae anno proxime praeterlapso cadenti pluuiiae, tempestati continuo humidae & frigidae, & longe lateque sese exerenti Inundationi, quae satisdiu, diuina ira sic volente terras texerat. Quum deinde multos homines mediis in vndis habitare, eas percurrere, & per consequens corpus in consueto frigo-

ri indies exponere oportuerit, fieri aliter haud potuit, quin non solum, partium externarum tonus debilitaretur & relaxaretur, sed & humores interni iam languidiores visciditatem quandam, & demum totalem corruptionem conciperent. Quum enim per diurnitatem temporis, quo immotae steterunt aquae, terra non modo sub vndis sepulta, earumque deinde segregatis fecibus infecta tectaue fuerit, sed etiam tam ingens foeni in pratis collecti, vndisque postea absorpti vis simul putresceret, consequens est, vt aqua stagnans foetore nec non situ, infecta deterior euaserit, ac partim calore solis in vapores redacta, partim a terra deglutita fuerit. Accessit his deinde vere proximo noua solarium radiorum actio in aquam, intra soli penetralia absconditam, quam in vapores expulit, quo facto foedæ putridæque exhalationes necessario inspirato simul aeri admixtæ cum humoribus intra corpus circulantibus communicari debuerunt, per consequens ansa totali fluidorum corruptioni, imo et putrefactioni demum data est, morbique inde excitati sunt.

Symbolum etiam suum huc adtulit extrema incolarum paupertas, et incredibilis annonae, aliarumque rerum sustentandae vitae oppido necessariorum penuria, plurimum uero inde nati errores ratione diaetae toties commissi. Facta inquisitione, tristis nos

nos

nos edocuit experientia apud non paucos in pagis nemicam quidem panis repertam fuisse multo minus teruncium, quo emi potuisset. Haec annonæ caritas dominos pariter ac subditos premit. Quare mirum non est, quod pauperrimi, omnique misericordia digni incolæ, ne ipsis fame pereundum plane sit, variis inconsuetis, corpori non convenientibus nutrimentis stomachum latrantem sopire tentauerint, ut etiamnum quotidiana fercula ex fungis, virescentibus herbis, infelici lolio, Pseudo-Melanthio, aliisque talibus, imo ne ipso quidem excepto gramine, contundendo videlicet et coquendo, absque tamen adipe aut sale, quod utrumque, ut reliqua condimenta, deest, parant, auideque deuorant, pro potu vtentes ordinario aqua tot fecibus putridis corrupta atque lacte.

Legitima et sanando morbo plane necessaria transpirationis insensibilis negotii promotio, conueniens regimen, corporumque afflictorum viribusque exhaustorum curatio, cunctis, quas lustrauimus, in partibus nullibi obseruabantur, ægrotantes enim solis indusiis induti aeri frigidiusculo sub ædium tectis, imo in ipsis hortis aut ante casularum ianuas decumbebant, paucissimis, ut par erat tectis stragulis, in misero lectulo iacentibus, quibus occasio subministrabatur exanthematum retrocessioni, transpirationis laudabilis

Spec. VI.

F

suffla-

sufflammationi, et per consequens infaustissimo morbi decursui.

His simul sumtis vita decedentium numerus in Libera *Wartenbergensi* Dynastia indies maior, subditorum vero quotidie minor factus sit, necessum est, adeo ut Nobiles pagorum Domini nesciant, unde imminente messe operas conquirant, praesertim quum panis et pecuniae defectus ubique regnet. Nec immerito metuunt Nobiles, ut subditi sui, et cum sanitate iterum in gratiam redeunt, & qui adhuc supersunt sani, in vicinam Poloniam spe melioris ibidem sustentationis aufugiant, atque vacua iam tuguria post terga relinquentes, operas & colonos conquiritibus emissariis peregrinis faciles praebent aures, & sic prouinciam calamitatibus publicis fere oppressam, infeliciorum reddant.

Atque hoc est, quod finito xi. die Julii itinere Wratislauriam iterum reuersus SVPRMAE CVRIAE indicare debui *morbo* in Libera Dynastia *Wartenbergensi* grassantes, eiusdemque districtus statum calamitosum concernens, quatenus id videlicet, tam experientia, quam tot malis afflictorum examen fidele me docuit. Sic me gratioso Decreto, ea qua decet, Reuerentia satisfecisse puto &c. Actum Wratisl. d. xii. Jul. 1737.

D. GOTTLIEB OELSNER,

*Med. Wratisl.*

OBSER-

## OBSERVATIO V.

D. CHRISTOPHORI TIMOTHEI  
BVRGHARTI

Physici Reichenbacensis Circuli.

Relatio,

*De Febris Epidemicis 1737. in Diœcesi  
Reichenbacensis grassantibus.*

P. P. **Q**uum mihi infra subscripto ab Vr-  
bis nostrae *Reichenbacensis* Senatu,  
REGIAE Ducatum nostrorum Suidnicen-  
sis & Jaurieusis CVRIAE, (\*) edictum com-  
municatum sit, quo mandatur, vt morbos  
hinc & inde praesertim in *Urbe nostra & eius  
Diœcesi* populariter grassantes, eorum indo-  
lem,

F 2

lem,

(\*) Notandum est, quod SUPREMA vtriusque Silesiae  
CVRIA, (sanitatis Collegio dem Gesundheits-  
Rath, iubente SUMMO PRINCIPE, ex quibus-  
dam eiusdem Curiae membris, nempe CANCELLA-  
RIO Praefidis vices gerente, & aliquot *Consiliariis*  
deinde ad Conuentum Publicum *Deputatis*, porro  
*Medicis*, semel conscripto et erecto, et aliquoties in  
septimana concionem suam celebrante) Principatum  
reliquotum CVRIIS, quae Officia vel Regimina Re-  
gia *Königliche Aempter*, apud nos uocari commu-  
niter solent, per edictum publicum iniunxerit, vt me-  
dicos concellis eorum inclusos & subiectos serio mo-  
nerent & compellerent ad relationes de Sanitate  
iuscunq̃ue loci incolarum ciuiumque statu quam citis-  
sime exhibendas. Eiusmodi ergo relatio praesens est,  
COLLECTORES,



lem, quot porro personae eis decefferint, vel diuina annuente clementia euaserint, fideliter & secundum conscientiae meae dictamen annotarem, REGIAEque CVRIAE desuper rationem redderem. Huius gratiosi mandati iussui, fideliter & conscientiose parendo, me licet obstristum & paratum agnoscam, doleo tamen, quod ei ex affe satisfaciendo me imparum futurum ingenue fateri cogar, & quidem ex hac ratione, quod incolarum praesertim rus colentium plurimi, Pharmacopœos, Barbitonfores, Balneatores, Agyras, aliosque Medicastrofatis amplo numero dicecoesin inhabitantes, adeant, eorumque curae & consiliis, qualia qualia etiam sint, sese committant, unde, nisi huic malo praeceteris medeatur, copiosas adhuc mortes subsequuturas, nemo inficias ibit. Est vero *Morbus Epidemicus noster* non alius nisi *Febris quaedam Catarrhalis maligna*, cui tamen plurimis tamen in locis aliquid *Pleuritidis*, imo ipsis *Casbrensibus Febris* analogum admixtum vel complicatum est, his deinde praegressis Deliriis, modo mitioribus, modo fortioribus, *Maculae* interdum sed rarius, vel *Exanthemata pezechis similia* superueniunt. Prout igitur hae periculosaefebres medico etiam experto, propter uaria, nec raro inter se contraria symptomata, Naturaeque mira molimina, haud parum negotii faceffunt, multumque prudentiae practicae requirunt; ita facile clarum

clarum est, plurimos huc vsque mortuos, non tam ex atrociam vel malignitate morbi, qui conuenienter oppugnatus fatis facile vincitur, sed potius ex peruersa medendi methodo, & incongruo regimine, fato esse functos.

Vt vero propius scopum attingam, ea qua par est reuerentia notum reddo, a tribus abhinc septimanis non plures, quam *Sexaginta* circiter morbo epidemico laborantes curae meae fatis amplam praxin exercentis se tradidisse, quorum tamen non ultra *quinque*, duo nempe in *Vrbe* nostra, et tres in pago *Langen-Bilau* decesserunt, ex his autem quatuor sine controuersia curae conuenienti sese tradendi occasionem neglexerunt.

Respectu medendi methodi, hic loci magis conueniens & certius remedium Febribus *nostris* epidemicis obicem ponens hactenus mihi non innotuit *Venaesectione* mox primo morbi insultu in *pede instituta*. Quando enim futurus portas, vt ita dicam, pulfantis morbi candidatus, Artuum Capitisque vehementes sentire dolores incipit, haec deinde symptomata, praegressio leui Horrore, summus & volaticus Aestus excipit, Nausea demum vel ipsa Narium Haemorrhagia accedit, tunc infallibilia adesse signa credendum Venaesectionem indicantia, (\*) quae

E 3

pro-

(\*) Longe aliter se habuisse Febres Epidemicas intrinsece

profecto sanguinis ventilatio procrastinari minime debet, si enim ad tertiam, imo ad secundam interdum diem tantum differtur, noxia magis quam proficua reperitur; vbi vero eadem conuenienti tempore, hoc est, ante secundam vel tertiam diem administrabatur, & aegro pulueribus ex *precipitantibus* vel *diaphoreticis fixis* & *nitro* constantes, iuncta essentia *Bezoardica* vel *Alexipharmaca*, vtraque tamen *missima*, cum *Mixtura simplici* & *nitri dulcis spiritus* remixta dabantur plurimi iam quinta morbi die extra periculum, annuente summi numinis gratia, positi sunt largissimis sudoribus morbum soluentibus. Si *Tussis*, *Doloresque lateris*

ad radices Sudetorum, quam in planicie vel locis Viadro vicinioribus, praefens relatio, licet quodammodo iusto breuior, docet. Similem etiam morbi statum obtinuisse circa Nimicium certo nobis constat; Ex quibus iam dilucide apparet, morbum his oris mitiorem, & indolis magis inflammatoriae ad Catarrhales proximius accedentis, fuisse, quare & hic Venae sectionem, tam utile, imo plane necessarium *Boon-Sin-pa*, inuentam, mirum non est. Id porro notandum, quod circa Sudetos montes solum loca nominata, nec adeo diu, nec adeo grauior vt alibi, grassatae sint, neque tot strages ediderint febres epidemicae, multum huc faciente, prout admodum probabile nobis videtur, atmosphaerae tot putridis particulis & vaporibus non grassatae, sed purioris conditio, cui accedit corporum tenuiori aeri & leuiori iam adluetorum constitutio, quae ideo tam grauior ab aura ultra montem moremque rarefacta, et minus ponderosa redacta, laedi non potuit. COLLECTORES.

*ris sinistri pectoris* alios vexent, internis effentiam *pefforalem* addo, & externe herbas refoluentes & emollientes in cataplasma redactas loco dolenti applicare iubeo, quorum usu morbus intra decem vel quatuordecim dies, per materiae mucidae imo purulentæ sputum soluitur. Qui postremo *Exanthematibus* aliis periculosis Symptomatibus tentantur, grauius & diutius decumbunt, ita vt vix ante nonum vel decimum tertium diem dictam crisin experiantur, qua facta raro moriuntur. Nihil tamen, vt verum fatear, circa febres *nostras* contagiosi proprie talis, aut ipsam luem pestiferam redolentis obseruare potui, multo minus tale quid prout uidelicet coniiicio, metuendum esse censeo, sed *causam* potius constitutionis epidemicae primariam, tam *tempestatem* per fatis diuturnum tempus *inconsuetam*, et regioni nostræ Sude-ticae montosae *incongruam*, quam *penuriam & prauitatem alimentorum*, aliarumque ad victum necessariarum rerum, (\*) accuso.

F 4

Hoc

\*) Praeter inconsuetam et incongruam vel iusto frigidiorum et humidiorum tempestatem, transpirationi haud parum inimicam, merito victus ratio acculatur, quae, licet propter annonae penuriam et ideo parum alimentorum usum, viribus omnino corpora spoliauerit, imo apud pauperimos, prauis succi nutrimenta, aut plane inconsueuta deuorantes, malo haud segnem fomitem etiam circa Sudetos subministrauerit, tamen longe conuenientior fuit, quam aliis in locis. Nam montana  
tale

Hoc erat, quod ratione *Eidemicis nostri mali* obseruauit, & ea quæ par est reuerentia communicare volui debuique, &c. Actum Reichenbachii die xviii. Maii Ao. 1737.

D. CHRIST. TIMOTH.  
BVRGHART.

Med. & Ppys. ord. Diœces. Reichenbach.

OBSER-

tales exundationes aquarum, quales depressiores regiones, non experta sunt, ac, etiamsi limites excesserint riuuli, quod sæpius magno cum incolarum damno factum scimus, non diu tamen stagnauere propter locorum deilitatem, non putrescere potuerunt aquæ, per consequens, messis, quamuis adeo ampla ut prægressis annis, tamen aliqualis fuit, & ruricolis si non abundantem, aut per omnem annum sufficientem, attamen plurimis per hyemem necessariam, panem præbuit, qui verò deficiebant, eum vicina Bohemia exhibuit, ita ut pauperes ab alimentis plane absurdis, plauē insolitis quodammodo abstinerint, aut, quum quidam extrema inopia pressi et his vesci coacti essent, longe pauciores tamen numerarentur. respectu nempe aliorum locorum, vbi ne spicam quidem segetis olim factæ licuerit colligere Quæ quum ita sint, clarum est, etiam hac in parte incolas montium paulo mitius habitos, tantam succorum prætorum copiam non collegisse, quantam collegerunt planitiem vndis stagnantibus per aliquot septimanas inhabitantes, et per consequens, Febres Epidemicas, non inuenisse corpora tam abundante et quoad qualitatem non adeo perniciosa peccante materia scatentia, inarctaque, cuius expurgandæ causâ accendebantur, et ideo esse indolis, præ reliquis, benignioribus debuisse. COLLECTORES.

## OBSERVATIO. VI.

## Trias casuum

*Febres Wratislavienses Epidemicas Spectantium.*

**G**eneralem supra *Obs. II. Febrivm Epidemicarum Wratislaviensium* historiam exhibuimus, iam ad specialia descensuri, *Tres* tantum dabimus *Casus*, quorum duo *morbus indolem* in indiuiduo quoad duplicem eius statum breuiter depingent, posterior letalem exitum ob oculos ponet. Plura superaddere institui ratio vetat, sufficientes vero, quos recensebimus, casus fore, vt, quomodo se habuerit febris siue tristem euentum legitime properans, cui libet pateat, quo longius enim ab ordine, in vtroque priori, depicto recessit, eo periculosiorem alexæque magis dubiæ extitisse certum est.

*A. Febris Epidemica sudoribus et Narium hæmorrhagia soluta.*

Mense *Martio* Puella octodecim annorum; carne multa, spongiosa, moli; vasculis paruis et angustis; colore cutis albo nitente, roseo pulcherrime distincto; facie venusta prædita; vitæ mobili magis, quam sedentariæ dedita; Diaeta laudabili vtens; Menstruis adamussim non observantibus ordinem, sed parcius nec iusto tempore

F 5

fluen-

fluentibus; Venaefectioni numquam adfuenta, sed sæpius narium hæmorrhagia tentata; per aliquot dies de capitis magis temulentia quam vehementi dolore, mentis amissa hilaritate, adpetitu prostrato, dolore dorsi, artuum grauitate, nausea, et vomituriendi conatu, (Symptomatibus alias ipsi circa catameniorum eruptionem admodum familiaribus, et exinde parvi factis) conqueſta, curæ noſtræ tradebatur. Hæc obſequentur veſperi horror, et intentiſſimus aſtus, cum Cephalalgia pungente coniuncti, nox inſomnis, leuia intercurrentia Delirias verſus diem mador et Symptomatum aliqualis remiſſio, Urina ſanae ſimilis. Die ſecunda et tertia eadem fabula, niſi quod continuo et fortiffime deliraret, et paroxiffimo verſus imminentem diem mitiori facta, largiffime ſudaret. Die quarta, faciei intumeſcentia et rubor inſignis; oculi promittentes; venarum iugularium ad crepaturam fere repletio; Deliria vehementiſſima, ita ut eam vix tres perſonae, ne ex lectulo imò ipſa domo aufereret, retinere potuerint; extremarum partium manuum videlicet et pedum tubuli ſanguiferi collapſi et quaſi conſtricti. Circa veſperam, quam prædiximus, enormis ſuperuenit Narium Hæmorrhagia, deliria in totum fere proſtigans, et urgentoria Symptomata notabili modo mitigans, verſus diem ſomnus, quamuis non adeo longus, placidum tamen, et ægram uiribus exhauffam paululum recreans,

creans, *Die quinta*, omnia pacatiora, et circa veperam *alter*, etsi priori longe moderatior hæmorrhagiæ *insultus*, nox quietior. *Die sexta* et *septima*, febre vere evanescente, et vrina nunc demum turbari incipiente, *continuo*, licet non vehementer sed placide, *sudavit*. *Nona* lectulum reliquit, et viribus mox collectis, integræ fanitati restituta, consuetos suos labores paulo post læta repetiit. *Regimen* ordinavimus minime calidum, minime frigidum sed moderatum, potum aquosum frigidiusculum, multum, ægræ deliranti etiam non poscenti infudendum, leniter acidulum, interposito versus sudandi tempus vno vel altero cyatho infusi herbæ Theæ tepide bibendi. *Remediorum* loco, Potiunculas ex aquis diapnoicis, analepticis, refrigerantibus cum diaphoreticis fixis, tartaro vitriolato, et multo nitro, quo præsertim aluum officii sui memorem servabamus, compositas, et Tincturam refrigerantem diligenter exhibendam præscripsimus,

## SCHOLION.

Studio præsentem ægram elegimus proponendam, quia ne vllum quidem Symptoma pravi aut saltim dubii signi adfuit, sed omnia rite et secundum ordinem tam ratione morbi quam corporis procedebant. Quo longius ergo adfectus ab enarratis circumstantiis apud alios recessit, eo periculosior,

et



et diuturnior erat, eoque maiorem et medico et ægrotanti molestiam creavit.

B. *Febris Epidemica Exanthematibus  
sipata.*

Mense *Mai*, annorum triginta et quod excurrit sequioris sexus subiectum, gracili corpore, duriuscula carne, et vasis amplis praeditum; probe menstruatam, diaeta conveniente, motui assveta, potu sufficiente fruens; per aliquot iam dies cephalalgia obtusiori, adpetitu prostrato, artuum omnium gravitate, et quasi contusione, als ob sie zerprügelt wäre vexata; febrili æstu intensissimo levi saltem horripilatione, dorsi quasi tensione praegressis, vesperascente die corripitur. Nocte subsequente infomni et inquietata, versus diem, aucta paululum transpiratione, Symptomatum inde aliqualis sed oppido parva remissio. Urina aquae fontanae ad instar limpida. Die *secunda et tertia*, eadem fere morbi facies, nisi quod febris vehementior, intercurrentibus deliriis, fieret, somnus fere nullus, aut si aliquis, pauoribus interruptus, cephalalgia insignis. Die *quarta*, urina tinctior sed clara, diapnoe auctior, ut fere leniter sudaret aegra, cephalalgia parum remittens, auditus gravitas, situm erectum absque Synoptici adfectus accensione perfecti impotentia, vires prostratae sitis mediocriter vrgens. Die *quinta et sexta* febris eadem, mador continuus, deliria noctu præ-

præsertim intercurrentia, somnus paucus interruptus, aluus sui officii immemor clystere aperta, surditas, oculi torui. Die *septima*, vrina indies magisque tincta nebulam prima vice monstrans, pectoris angustia quasi fascia constricti, respiratio inde laboriosior, diapnoe continua, sitis auctior, deliria diuturniora, pulsus durus, celer, rythmum satis bene seruans, sensus in extrema cutis superficie moleste titillans, quasi acu pungeretur, quare instantia prædiximus exanthemata. Die *octaua*, febris constitutio eadem, circa pectus, collum, scapulas apparens *Purpura rubra*. Die *nona*, totum corpus purpura intense rubra tegitur, cum aliquali symptomatum remissione. Die *decima* ad vsque *decimam tertiam* accidentia eadem, purpura se bene habente, et æstu febris paululum mitiori, vrina turbida, aluus sua sponte soluta, diapnoë continua, deliria nulla, auditus grauitas eadem. Die *decima quarta*, purpura quodammodo remissius rubente, cuncta in melius vergere incipiunt. Die *decima sexta et septima*, purpura fere vbiq̃ue euanescente, & squamarum aut furfuris ad instar decedente, febris vix sentitur superstes. Die *agesima*, lectulo primum surrexit ægra, viribus omnino multum orbata, & breui post perfecte conualuit. *Regimen* erat æquale medium inter calidum & frigidum; *Medicamenta*, primis diebus diaphoretica fixa et nitrum sub potiuncularum forma  
 vsur-

vsurpata; posterioribus vero, infusum her-  
bæ Theæ cum corticibus Citri recentis, &  
momento radicis Pimpinellæ albæ marita-  
tum, tepide interdum exhibitum, potiun-  
culæ ex aquis diapnoicis, analepticis, refri-  
gerantibus, cum essentia citri sicca, syrupis  
acidis & spiritu Vitrioli additis, Tinctura re-  
frigerans; versus diem septimum & octa-  
vum aliquot doses puluerum antispasmodi-  
corum cum Bezoardico SENNERTI mixtæ;  
Emulsiones, ex amygdalis, feminibus frigi-  
dis, et cardui mariæ paratæ; Potus, aqua  
succo citri acidula, decoctum hordei cum ra-  
sura cornu cerui, Lapide prunellæ, Citro re-  
centi, et Saccharo gratum palato redditum.  
Externe capiti imponebatur mica panis, cum  
femine cumini & nucleis persicorum tufis,  
mixta, aceto lauendulato et rosaceo adpersa.  
*Morbo superato* viribus amissis restaurandis ars  
coquinaria subueniebat, data simul eum in  
finem Tinctura Martis LVDOVICI cum  
Essentia Corticis Cascarillæ & Ligni Aloes.

## SCHOLION.

Prout rectum curui regulam constituit,  
ita præsens Casus reliquorum quasi amissis  
est, quia, grauioribus etsi Symptomatibus  
stipatus, nulla tamen ineuitabile pericu-  
lum inuoluentia secum habuit coniuncta.  
Placide videlicet et legitimo ordine cuncta  
peregit, nec latum vnguem ab opere semel  
susce-

fufcepto, & via regia, deuiauit Natura, quare etiam patientem grauiter decumbentem & adftantes peiora metuentes bono femper effe iuffimus animo.

*C. Febris exanthematica letalis.*

Menfe Iunii circa *Vesperam* deuorato antevnam vel alteram feptimanam iræ, et indignationis, ex actione propter meum et tuum coram iudice instituta, ortæ adfectu, & prægressa aliquot dierum lassitudine artuum, adpetitu prostrato, nausea, ciborum fastidio, *primo febris continuæ insulsa*, Vir quadragenarius, habitu corporis macro, vasis amplis præditus, ad melancholiam humorum temperiem accedens, in angusta platea, & camera nulli plane purioris auræ libero accessui exposita, humida, parietes situ & mucore obsessos monstrante habitans *corrigitur*, quare proprio consilio uersus noctem adsumsit puluerem diaphoreticum ex oculis cancri & cremore tartari. Die *secundæ* aduocati obseruauimus æstum vehementem; pulsum durum, concitatum; urinam saturate rubram; copiosos circa vesperam sudores; præscripsimus pulueres nitrosos, quum vero eos aduersaretur, potiunculam ex aquis diapnoicis & refrigerantibus & eiusmodi pulueribus constantem, atque essentiam pimpinellæ albæ cum spiritu nitri dulci ante meridiem bis ad guttas 20. vsurpandam, inde nox pacatior, procliuitas ad somnum.

Somnum die tertia, virium maior prostratio; sudores multi; somnolentia; mens tamen sibi constans; iniunximus copiosum potum; regimen temperatum, quietum. Suasu alterius Medici simul curæ adhibiti, essentia hesternæ omittitur, alias in medendi methodo nihil mutatur; Tinctura refrigerans datur; aluo iam ultra triduum adstricta, Clyster ex lacte iniicitur. Die quarta, calor intensior quodammodo remittit, succedente nihilominus tamen transpiratione, madorem fundente intolerabilis fœtoris Lixiuoso-vriniosi. Urina pallidior ac antea non omni tamen parte diaphana. Die quinta, Exanthemata copiosius erumpunt, pectoris observatur quædam angustia, levis supervenit tussicula; somnolentia maior; virium prostratio eximia; mens sibi constans, urina paulo magis quam heri tincta; aluus sua sponte soluta; medendi methodus eadem. Die sexta, virium prostratio increbescens; transpiratio sufficiens; Exanthemata copiosa, Purpuram rubram exacte referentia, nihil peregrini monstrantia; Tussis sæpius infestans, cum pectoris quadam oppletionem, et musculorum oris stricturam, faucium aliquali dolore, et colli interna inflammatione, difficilique deglutitione. Urina tinctior, deilria nulla, pulsus bonus. Die septima, insignis virium iactura; spastica musculorum oris structuræ remissio; involuntarium vrinæ

nae

nae profluuium; somnolentia continua; maior pectoris oppletio; Exanthemata copiosa intense rubentia, fere carmesini coloris; vrina tincta nubeculam exhibens. Data est potiuncula analeptica; Vesicatoria adplicata, post octo horas nullum excitantia vesicam. Circa meridiem melior videbatur patientis status; Vesperi vero adueniente, omnium Symptomatum concitatis quasi gradibus in peius ruentium mutatio: hora nona mors placida, morbi uitaeque clausulam faciens.

## SCHOLION.

Necessum etiam est, ut febre epidemica mortuum ab oculos ponamus, quo nempe contraria iuxta se posita eo magis elucescant. Periculi plena Symptomata, letalis vt plurimum exitus, erant: Vrina ab initio morbi magis tincta, quam in progressu; Exanthematum, in se spectatorum nihil quidem peregrini alentium, praecox eruptio; Somnolentia continua, cum ipso iam morbi accessu incipiens, et indies augmenta capiens; Fœtor consueto grauior sudoris lixiuioso-vrinofus; Tussicula superueniens; Pectoris angustia et oppletio, exanthematibus iam conspicuis; Musculorum oris spastica constrictio; Faucium, licet leuior inflammatio; et denique inuoluntarium vrinae profluuium; Quare hunc ex atrociam morbi decessisse nullum superest dubium, Quo plura enim eius-

Spec. VI.

G

mo-

modi accidentia, et quo vehementiori modo ægros infestarent, eo certius sequebatur mors, immo vnicum signum euentum prænuncians funestum, magis erat metuendum, quam e contrario, ex decem bonis simul sumtis felicem exitum indicantibus, spes concipienda.

OBSERVATIO.VII.  
D. GOTHOFREDI HENRICI  
BVRGHARTI,  
MEDICI WRATISLAVIENSIS.

Trias casuum

*Febres Epidemicas miris Symptomatibus  
separatas exhibentibus*

§.

**I**N Medicina interdum miracula fieri, omnes qui uel parcissimo artis usu gaudent pleno ore fatentur, si sub his, insolita, rara, et naturae ordinem in debellandis morbis semel receptum excedentia, intelligantur. Facta quotidie, norunt diligentius ægros visitantes, et, quae his eueniunt, non fugituo sed attento lustrantes oculo, praefertim *Febribus* anno MDCCXXXVII *epidemicè grassantibus.* Miranda profecto, quae et morbi indolem et naturae motus malo oppositos concernebant, aduersariis sedulo et curatius ob-

ob-

obiicienda, digna ut aliis quoque innotescant et posteritati, quotidie occurrebat offeruandi occasio, quam fronte tantum capillatam, ambabus, quod aiunt, manibus et ipse amplecti, quaeque rariora obtulit, in chartam, ne futura deessent usui, coniicere volui, prout sequentia testatum facient specimina.

**A. Puella Quinquennis Febri epidemica**  
*periculosa, breuioris periodi laborans.*

§. II.

Quinque annorum Puella, corpore quidem intuitu ætatis suæ satis alto, ast maxime gracili; constitutione tenera; carne molli; mente ad risum et iocos pariter ac excandescentiam prona, prædita; diaeta laudabili, eupepta, utens; neque vitæ sedentariæ studiosa; mense Maio per aliquot dies de appetitu prostrato, artuum lassitudine, viriumque iactura conquesta, subito horis pomeridianis, aliquoties recurrente vomitu tentabatur, quo saburrae primum mucidae, pituitosae, albumini ouorum analogae, postea bile ex flauo-viridescente, ingentem et plane incredibilem copiam reiecit.

§. III.

Hunc mox uersus noctem, *prægressa*  
 aliquali *horrere*, exceperunt insignis *acutus* non



tantum, sed et intolerabilis *cephalalgia*, et *otalgia*, miserum et omnibus iam viribus spoliatum aegrae corpusculum dirissime cruciantes. Nec sic malorum fatis, mox enim superueniunt *deliria* leuiora intercurrentia, artuum extremorum momentanei *spasmi*, et *subsultus tendinum*, adstantibus conuulsionum imminentium metum haud vanum incutientes. Inquietudo praeterea erat summa, iectigatio crebra, feruor vehementissimus ficcus, sitis fere nulla, vrina pauca, flammea, clara. Haec omnia intra sex horarum spatium eueniebant.

## §. IV.

Media nocte, sequebatur larga *narium haemorrhagia*, capitis auriumque dolores, spasticas membrorum vibrationes, mentisque aberrationes euidenter sopiens. Sequenti die *vrina* admodum erat *turbida*, sedimentum coloris rosei deponens, deliriis tamen plenarie cessare recusantibus. Ingruente vespera, obseruata prius horis pomeridianis blanda fatisque larga *Diaphoresi*, pectus, nucha, humeri *exanthematibus* rubris purpureis tingebantur, ita ut puella intra *nychthemeron* omne quod vel salubre, vel dubii euentus in his febribus obseruari solebat, praecipiti naturae tentamine experta sit.

## §. V.

Indies deinde febris circa pomeridianas horas aegram quidem grauius, quam reliquo  
tem-

tempore, vexant, multum vehementiae remisit, exanthemata post quartum durationis diem sensim euauerunt, vrina copiosum sedimentum limosum deponente, et septimo decubitus die extra periculum posita ægra, morbi decimo lectulum relinquere coepit, sanitati diuina fauente gratia perfecte restituta.

## §. VI.

Quum heic *natura robur plurima*, immo omnia, morbo præsertim ad *auxilium* perueniente quod primo statim die factum esse, iam admiratus es, Lector, *peregerit, arti paucissima fuisse relicta*, et ideo magis *prudens regimen*, quam *pompasa remediorum farrago*, quod faciendum restabat, effecit. Interim ne otiosum plane spectatorem agere viderer pauca, *antecorgastica, dispnoica* tam puluerum quam potiuncularum forma exhibui, *potu multo, aquoso*, eoque diuerso, mox acido, mox dulci, mox frigidiusculo, mox parum tepente dato, ut videlicet ptiens eius varietate delecta ad copiosius bibendum alliceretur.

## §. VII.

Annon casus iste aliquid monstro simile aluerit? penes te, Lector, iudicium esto, mihi saltem ita videtur. Quis vnquam quæso, nostris præsertim in febribus epidemicis, obseruauit, morbum intra *nyctimeron solutum*, et quidem per cunctas fere materiae peccantis exterminaciones febribus nostris epidemi-

micis familiares, vomitum nempe, narium hæmorrhagiam, sudores, vrinam, exanthemata? quum id ne peste quidem, febre absque dubio acutissima, et periodum brevissimam sortita, fieri consuescat. Quis non miretur magis quam rimetur naturæ, festine, immo quasi præcipitanter agentis, sed exactissime ordinem obseruantis, molimina? Nulla profecto via ipsi inuia, nihil tam arduum, quod, si vires experiri velit *ἄδδνα τὸν* censendum esset, modo organis instructa ad motus intentos aptis. Eo rariora ob id Symptomata excitasse, insolentio rem modum expellendi hostem arripuisse credibile videtur, quo rarius occurrerent subiecta annos pueritiæ adhuc agentia febribus epidemicis eo tempore tentata, et quo illustrior vires suas demonstrandi vix suppeteret occasio.

*B. Puerperium Febri Epidemicæ superueniens,*

§. II.

Femina fere quadragenaria, robusta, procera; carne dura, vasis amplis, prædita; extremum grauitatis terminum attigerat; mense *Aprilis*, prægressa aliquot dierum artuum lassitudine, appetitu prostrato, virium iactura; leui primo horrore postea ingenti aestu, vno verbo, *Febri Epidemicæ*, corripitur. Aestus vehementia, versus noctem augmenta capiens,

piens, tanta fuit, vt primo iam paroxyfmo mente mota efferet. Versus diluculum febrilis calor paululum fit mitior, blanda superuenit diapnoe, et mens aliquo modo ad se redit succedente tamen auditus difficultate. Vrina erat pauca clara, rubicunda, pulsus celer inæqualis, non adeo fortis.

## §. IX.

*Die quarta*, vrina quamuis euadente turbida, deliria continua fiunt, respiratio angustior, adfectus toruus, efflorescentibus *exanthematibus* copiosis coloris purpurei. A quarto ad septimum, status ab enumerato vix mutatus, nisi, quod surditas grauior, et respiratio paululum liberior procederet.

## §. X.

*Septimo die*, post solis ortum, legitimus ad partum doloribus, sui plane impos animi, conuellitur, quibus vix per dimidium horæ afflictæ, *puerum* robustum, cæteroquin sanum, peperit. Subsequente stupenda vteri haemorrhagia, vix tamen per quasdam horas durante, nullisque deinceps adparentibus lochiis. His tamen omnibus ita factis, neque febris, neque exanthemata vllam patiebantur ataxiam.

## §. XI.

*Die undecima*, feбри reddita mitiori, efflorescentiæ, integro septem die, omnem regentes

tes cutem, sensim euanescere incipiunt, mens ad se redit, quare difficulter ægræ, se ante quatrimum puerperam euasisse, persuaderi poterat, nisi et filium recens natum vidisset, ventremque vacuum manibus ipsamet palpasset.

## §. XII.

Post *decimum quartum morbi diem*, febre maximam partem finita per aliquot horas pomeridianas iam extra lectulum sese continere coepit, nullaque ex lochiis absentibus molestia, nisi pedum tumore oedematoso, affligebatur, qui tamen post hebdomadam quarundam interuallum, medicæ arti obedire didicit. Filius vero infœcia matre natus, duabus tantum hebdomadibus luce gauisus, licet fatis vegetus videretur, subito conuulsus extinguebatur.

## §. XIII.

Febris exanthematica, purpurea, *methodum medendi, et regimen* non aliud quam antecedenti casu descriptum requirere uidebatur, quæ vero puerperio deinde complicato, remedia exhibere deberem vix conicere licuit, quum uterque morbus toto cœlo inter se distaret, quare posterioris curam ipsius naturæ, corporis sui constitutionem et vires, omni artificis coniectura melius cognoscentis, autocratia solum relinquens, febrem tantum respexi, præsertim quod ægra re-  
fa-

fatis angusta domi premeretur, et ideo parum ipsi supererat, corporis curae impendendum, aut pharmacopoeo dandum. Hæmorrhagia uteri, vel lochia simul semelque, effluentia, die præsertim critico, loco narium hæmorrhagiæ morbum ordinario soluentis habenda sunt merito, licet Purpuræ rubræ parum conuenientia viderentur; non omnem tamen sanguinis fluxum Exanthematibus, obesse, sequenti casu edoctus fui. Lubens intera fateor, rariora, singularia et naturæ quasi portenta, nullam posse constituere regulam.

*C. Febris exanthematica, diarrhoea colliquativa superveniente, letalis.*

§. XIV.

Virgo annorum quadraginta, habitu corporis olim pingui nunc macilento, vitæ sedentariæ dedita; multis, per aliquot abhinc annos, curis, mentisque adfectibus, quos tamen silentio premere necesse habuit, agitata; *Febre* tentabatur acuta, continua, *Epidemica*, circa initium *Augusti* mensis. Eo autem ipso die, quo febris suam ludere cœpit fabulam, menstrua simul adparebant, consuetum eruptionis tempus, quod probe notandum, integro septimo anticipantia.

§. XV.

Horror aderat fere nullus, calor satis  
G s vehe-

vehemens, circa vesperam quotidie auctior, fudor paucus, sitis nulla, mens sibi constans.

## §. XVI.

*Quarto morbi die*, pulsu vacillante, alius hucusque stricta, sua sponte, copioso excrementorum secessu, soluebatur, quae solutio paulo post in *diarrhoeam* versa est. Excreta erant aquosa, multa, flava, foetida; dolor inter desidendum nullus.

## §. XVII.

Hæc morbi facies ad *diem* usque *nonum* durans, nullas feбри turbas excitauit, licet ducenties deposuerit ægra.

## §. XVIII.

*Die nona Exanthemata* purpurea rubra, corpus a capite ad calcem obsidebant, pectoris angustiam sequentia, pulsu vacillante, facie pallida, ita ut adstantes imminentem metuerent mortem. Pulsus mox reddebatur iterum æqualis, celer, febris auctior, urina cocta, flava, sedimentum furfuraceum deponens; mens sibi constans; diapnoë continua; diarrhœa eadem, absquæ ullis doloribus, excepto leuiori orificii ardore, procedens; insignis virium iactura, et prostratio.

## §. XIX.

Sic se habebat morbus ad usque *decimum tertium diem*, quo diarrhœa, quae vere colli-

qua-

quatuor erat, adeo debilitavit ægram, ut singulis momentis mortem instare crederetur. Febris vero tota cessavit, mens recta, pulsus propter insignem humorum iacturam parvus, debilis, mox æqualis, mox vacillans, mox iterum fortis, mox plenus, mox ferratus, mox myurus.

## §. XX.

Die *decima quarta*, quum ne ullum febris vestigium ultra adpareret, post leuiiores extremarum partim spasmos, *fluxus* superuenit *haemorrhoidalis*, et, quod omnem fere fidem superat, in corpore humoribus cunctis, per immodicam et quatercenties circiter reuersam diarrhoeam, spoliatio, fatis copiosus.

## §. XXI.

Die *decima quinta* diarrhoea sua sponte remisit, virium omnium iactura tali, ut ægra umbram potius hominis, quam ipsum hominem repræsentans, præ debilitate vix manum monere, imo vix loqui posset. Extremorum frigus, vasa sanguifera adeo collapsa, ut omnem fere, præsertim in manibus pedibus, oculorum aciem effugerent.

## §. XXII.

Die *decima sexta*, pulsus adeo debilis ut vix in carpo digitis tactus sentiretur; manus et pedes cœrulefcentes; sudores pauci calidi; oculi immobiles, vitrei; os apertum; mens  
tamen



tamen sibi constans, prout signis, et paucis verbis difficulter factis adparuit; qua deinceps tribus ante decessum horis turbata, pulsuque in artuum extremitatibus sensim sensimque euanescente, respirationis intervalla fiebant longiora, donec pectore demum aliquoties leuiter conuulso, placide animam efflauit.


## §. XXIII.

Adeo arctum est inter animum et corpus vinculum, adeo gratum menti habitaculum, ut tot mira, multa et graua symptomata essent necessaria, antequam unio illa dissolui et ex adamato domicilio hospes eici posset. Mortuam ex illo morbo agram nil peregrini mihi videbatur aere, sed id satis mirari non potui, quod natura nihil intentatum reliquerit quo fragile hospitium veteri usui conseruaret. Quæ vero causa fuerit, cur humores adeo liquescerent, ut neque robur et auctoritas naturæ, neque artis medicæ vires prodesse, cuius nam indolis materia peccans dicenda sit, propter quam tot inter se diuersi motus suscepti sunt, libentius ex te, Beneuole Lector discere, quam te docere cupio.

## §. XXIV.

Credas interim velim, nihil, quod vel ratione regiminis vel remediorum villo modo proficuum censebatur, prætermisum fuisse,  
atta-

attamen, ut exitus omnia conamina eludens docuit, frustra, et incassum. Adhibita namque sunt, præter ea, quæ primo febrî convenire videbantur, diarrhoeae primum moderandæ, postea sedandæ causa, Tonica, deinde incrassantia, et leuiter stringentia, immo ad ipsa denique opiata uentum est, sed absque fructu, imo potius cum damno, mox enim, si per vnam vel alteram horam, diarrhoeam retinerent, de pectoris quadam et præcordiorum angustia et anxietate, æstusque abdominis interno, et capitis temulentia conquesta est, quæ omnia tamen, alio iterum soluta, momento citius euanescebant. Analeptîcis ergo solis insistendum, reliquum naturæ viribus relinquendum erat.



### Mantissa.

*Num. I.*

Breue et candidum Examen Medicum  
uulgaris prouerbii,  
quo dicunt:

*Quod Bellum Fames, & hunc Pests consequatur:*

accedit

Ennarratio maxime necessaria Morborum-  
quibus A. 1736. Ciues ZDVNENSES  
laborarunt plurimi;

quos-

quosque contagione nocere opinati sunt  
nonnulli;

sed falso;

Auctore

SIGISMUNDO FERDINANDO  
MEISNER.

M. D. (\*) et Praet. Zduenf.

PRAENOBILI et PRVDENTISSIMO SENATVI,

vt et

HONORATISSIMIS JVRATIS, ZDVNENSIBVS,

Patronis suis Maxime colendis

Hoc Schediasma

D. D.

AVTOR.

PRAE-

- (\*) Non ingratum fore lectoribus praefens Schediasma cen-  
semus, quamvis extra Silesiae limites in vicina Polonia  
natum, quia *morbus epidemicos* Poloniam longe lateq;  
infestantes, *nostrorum* quasi *prodomos*, diligente pe-  
nicillo depingit. Propositi quidem nostri Patriam praec-  
caeteris sibi commendatam habentis, non sumus imme-  
mores, prudentiae interea tamen haud esset, adcurata  
vicinarum Regionum experimenta, historiam Morbo-  
rum Silesiacorum illustrantia, alto supercilio spernere,  
quum imprimis totum hoc specimen Febribus Epidemi-  
cis tantum rumorem in vulgus spargentibus dicatum  
sit. Itactiam nuper *Specim. IV. Obs. V. pag. 35. seqq.*  
*inseruimus; Morbus spasmodici in Bohemia multum*  
*grassanti* historiam, eo sine, vt fabula, quam eodem  
teme

PRAENOBILES ac PRVDENTIſſIMI DOMINI  
Patroni maxime colendi,

**P**Rimum Vobis iam trado laboris mei ſpecimen medicum. Cum enim ſævientes apud nos morbi exteris contagionis aliquid habere videantur; oleum operamque, opinor, non perdi, dum famam vrbis veſtrae hac Apologia ſartam teſtamque ſervare ſtudeo; neque quemquam futurum exiſtimo, qui me laude mea ſit defraudaturus. Scilicet meum eſt, Medicinam hic faciendo, omnium ſaluti civium conſulere. Lubentiſſime id quidem facio, candide ſpondens, me ſine vlllo taedio, et fide optima curaturum, ut ſani ſint ciues ad unum omnes. Multa tamen obſtare video, quo minus hæc poſſim dare effectum. Dolendum certe eſt, nobiliſſimam artem tantopere deturpari ac ſperni, dum non deſunt, qui eam ſcientiam nullius pretii

---

tempore in Sileſia luſit, et *ſpec. III. Obſ. IV. p. 26. ſqq.* calamo D. D. BVRGHARTI, Wratisl. deſcriptam exhibuimus, eo planius expoſita redderetur. Eadem intuitu præſentis ſcripti nobis mens eſt. Vana ergo plurimorum, vt hinc luce meridiana clarius apparet, coniectura fuit, Febres videlicet noſtras Epidemicas, partim neſcimus quid peſtiferæ luiſſe, partim ex Polonia, vbi nempe anno priori graſſatæ ſunt per contagium in Sileſiam irrepſiſſe, quum uterque falſum declaret Praenobiliſſ. D. AVTOR natione Sileſius, de morbi incunabulis, & prima quaſi ſcaturigine, bene diſſeſſis. COLLECTORES,

tii esse affirmant, quam ipsi reges maximi semper fecerunt. Effrontes sane sunt, qui cum ne primis quidem labris artis huius elementa degustarint, medicinam nihilominus audent facere. Fieri hinc non potest quin eiusmodi Idiotæ grauissime peccent, furiosis plane similes, gladio instructis. Quomodo is ægro sanitatem restituat, qui, nullius medicaminis virium gnarus, ignorat, qua ratione sanitati succurrat, in corpus agat, cuius parti maxime sit amicum? sanitasne ab eiusmodi homine expectanda? Omnia potius alia. Quare nemo miretur, ægros multos, pauperes imprimis, post usum medicamentorum, siue per superius siue per inferius guttur purgantium, et quidem sine cautela propinatorum, ad plures abire. Qui enim artis medicæ rudis, rei tam arduæ temperamentum adhibere sciat? Haec talia facinora vindex Deus olim ulciscetur. Ne causetur infamis Agyrta, se in componendis Remediis præstantium Medicorum vestigiis insistere. Inepte respondit; cum, uti diximus, in eo totus rei cardo vertatur, ut corpus ægri consideretur, robustumne illud sit an debite; irriteturne facile, an difficulter. Perlecta epitome una alteraue therapeutica celebris licet medici, patrio sermone conscripta et formulis Remediorum facta, nullo iure medicinam facies. Nam cuique suum. Aliam viam libellus monstrat, alia ad ægri lectum

ctum

ctum affidenti ſequenda eſt. Idem morbus, ſi diuerſos inuaſerit, diuerſa medicamenta poſtulat. Iam quæris, quare patrio ſermone uſi fuerint, plures libellorum medicorum Auctores? IVNCKERVſ Halenſis Profeſſor reſpondeat, qui in *Praefatione ad Conſectum Formularum Medicarum, Empiria*, inquit, *adeo inualuit ut ſi ſcel max me formulas communicare recuſaremus, illa niſiſi tamen minus talis, hoc eſt, probroſa artis medicae eſt manſura.* Ut ut hæc ita ſint: ii tamen, qui ad clauum Reipublicæ ſedent, agyrtas poſſunt compeſcere. Egregio Patrum Patriæ nomine ſi dignos ſe oſtendere capiunt, ſalutem ciuium ſupremam habeant legem oportet. Hanc igitur opellam benevalo ac placido vultu, præcor, reſpiciatis, VIRI PRAENOBI-LES, eandemque contra obtreſtatorum injurias defendere ne dedignemini. Veſtro interim Patrocinio me commendo, qui ſum

Totus Veſter

S. F. MEISNERVſ.

I. N. J.

**I**udicia illorum, quibus hebes eſt Judican-  
di Facultas, abſona ſunt. Summo licet ſtudio viros ſe præſtare conentur, iis iure occinas illud: *Ne ſutor ultra crepidam* Omnibus certe diris deuouendi ſunt, qui, cum tantum non infaniant, futura prædicere non

Spec. VI.

H

veren-

verentur. Verisimilia vaticinia aliis tanquam veritatem ipsam obtrudere ne doctissimo quidem, & qui fiderum motus perspexerit, licet; tantum abest, ut indoctis liceat. Quam fallunt perspicacissimi Calendariographi Prædictiones, quibus Magnatibus mortem, ipsisque Regibus adversam denuntiat fortunam? Longe igitur facilius omnium artium rudes falluntur. Nemo fuit e fece plebis ZDV-NENSIS, quin sibi obviam venientibus ogganiret: *Proh Deum immortalem! turba hisce bellicu dira Lues omnino superueniet.* Scire desiderantibus causam responderunt: *Idem accidisse ante hos viginti annos, anno scilicet huius seculi nono. Res tum, quo nunc sunt, loco erant. Cum enim milites sat multi trucidati, & terra six lecti fuerint, pestis inde nascatur, necesse est.* Bene novi, quare sic ratiocinentur Davi isti. Solis nempe radios putant, vaporibus, oriundis e putrescentibus tot cadaveribus, coniunctos, aerem contaminare, eundemque venenum hoc in pulmonibus cum sanguine communicare. Non nescio, quæ habeat HIPPOCRATES *lib. de Nat. hum. ubi §. 18. Quando inquit, ab uno morbo multi homines corripuntur eodem tempore, causam ad id, quod communissimum est, & quo maxime omnes utimur, referre oportet. Est autem hoc spiritus & aer, quem inspirando trahimus.* Et §. 19. sequentia addit: *Quum unus morbus popularis grassatur, manifestum est, Diacram non esse culpabilem, sed quem trahimus spiritum in causa esse, & palam est, cum ipsum spiritum morbosam aliquam exhalationem habere.* Promacho HIPPOCRATE, firmo

mo stare talo videtur plebis sententia. Sed solem e cadaveribus terra non rite tectis effluvia putrida excitare & venenata, crasso aere vix distanda, & si tali aere utantur homines, varios oriri morbos, ambabus concedimus; pestem omnino ac semper inde nasci negamus. Vbinam loci militum strages edita est, quorum cadauera tanti mali causa esse possint? Nullum apud nos praelium commissum est. Comites Bellum habet Anno- nae Caritatem & Raritatem, Famem intelligo. Nullae tamen Leges in hoc universo efficiunt, vt Fami Pestis non possit non succedere. Nemo ordinem Deo indicet, quem in infligendis poenis sequatur. *Famem* multorum morborum nuntium esse, quis neget? Huius rei exemplum habemus urbem nostram. *Certe morborum quibus pauperuli succumbent, causa non fuit alia, nisi extrema Fames.* Vt iis adeo iure applices, quae habet HIPPOCRATES *de Vet. Medicin. §. 15.* ubi: *Fames, inquit, magnam potentiam habet, in naturam corporis, ipsum sanandi, debilitandi, & occidendi.* Alimenta quaevis auro contra cara erant. Hinc pauperes herbarum et graminum quicquid uspiam reperiebatur, auide deglutiebant, minime discipientes, an herbae essent edules, an contra ea venenatae, an denique noxio rore foetae. Igitur cum pultibus vescerentur e talibus herbis paratis, mala inde plurima pullularent necesse erat. Confirmat hanc sententiam HOFF-



MANNVS, qui *Medic. Rational. Systemat. Tom. II. Cap. IV. pag. 230.* Rorem, inquit *saepissime ex Aere in terram descendere fructibus ac plurius noxium, ex quo ingens insectorum atque Vermiculorum copia pronascitur, rei agrariae & horticulurae addictis noxium.* Quo rore perfusis Vegetabilibus se desuntur pecora, &el Seheementer aegrotant, &el prorsus extinguuntur. Si homines eiusmodi Verminoso rore infectos cibos assumunt, graui corripuntur Dyfenteria, qualis aliquot abhinc annis ex tali causa in quibusdam locis Ducatus Brunsvicensis exorta fuit, ubi olera infecta rore Verminoso (*Mehl-Thau*) fuerunt, & cocta etiam grauem hunc morbum induxerunt. Verba haec celeberrimi Viri satis iudicant, qua de causa nostri aegrotare coeperint. Vsum nempe olerum Dyfenteria excipiebat, sed, quae Dei est benignitas, per breve temporis spatium infesta. Prooemium hoc erat Tragediae. Deficientibus enim appropinquante hyeme oleribus, mactarum sanguine animalium, aliis esui plane ineptis, remixto vescabantur. Quotidianae insuper Pluviae diluuium passim minabantur. Corruptus hinc ager fruges ferebat putridas ac immaturas. *Tellus foetida illudie tecta, & Aër perpetuo humidus ac nebulosus morbis fomitem ministrabant.* Hypocaustorum parietes, imo panem, vestimenta & calceos situs undique occupabant. Ulcera pedum digitos exedebant, eaque mali moris & non facile ad cicatricem perducenda. Messis tempore terram maximus torrebat aestus, unde aër putridis semper plenus vaporibus, Causam declarabat effectus. *Inisio, si pauperes*

res

res exceperis, *Infantes* plerosque omnes *Febrili*,  
quam *Exanthematicam* vocant, cruciabat. Hor-  
rore ea caloreque misellos adoriebatur, quo-  
rum alios lecto affigebat, aliis obambulantibus.  
Quidam pertinacem morbum experiebantur. Alvus aliis clausa erat, aliis aperta.  
Deglutationem laesam nonnulli querebantur.  
Tumores in collo enati aut subsidebant, aut manu Chirurghi incidebantur. Felices hi erant; Infelicissimi vero quorum partes internas Angina obsederat. Cum enim Chirurgorum nonnulli partem laesam acribus liquoribus per Syringam injectis vehementer irritarent, fieri non poterat, quin misellus infans, coarctata gula tandem suffocaretur. Gloriabantur nihilominus nebulones isti quasi re bene gesta. Indignum Chirurgi perito facinus est, re nondum accurate pensitata, syringam statim arripere, cum hoc periculosa sit plenum opus alex. Neque enim suffocatio imminere censenda est, si æger paulo difficilius deglutiat, & usu internorum remediorum abstinere cogatur. Congrua enim nisi profuerint Cataplasmata, decoctis lenioribus ægro succurrendum est. Sed cogit auri sacra fames plurimos, miseris ægrotis vilium medicamentorum farraginem ingerere, quæ abjicerent, si scirent, quid natura, tempus & patientia efficere valeant. Ignotum est nemini, abscessum in colli interna parte tardius in pus abire, ob lympham

continuo affluentem, quam si is externas ob-  
sideret partes. Chirurgis hæc dicta sunt,  
artis suæ minus gnaris. Turpe est medico  
& Chirurgo si avaritiæ crimine accusatur, ut-  
pote qui meminisse debet illud Pœtæ:

*Hic murus ahencus esto*

*Nil conscire sibi, nulla pallescere culpa.*

Exanthemata parua erant, adeo ut fere vi-  
sum fugerent; cutis parum rubebat. Lenio-  
ribus Remediis morbus debellandus erat, ca-  
lidiora enim nocebant. Parentibus tamen  
auctor fui, ut levi stragulo decumbentes tege-  
rent infantes. Circa finem morbi squamæ de-  
cidebant, imo aliqui in manibus imprimis  
exuvias serpentum more deponebant. Dum  
hæc ita essent, alvus subinde expurgabatur  
lenioribus Catharticis, ut inualescenti tumo-  
ri obuiam iretur. Vitandus quoque tum erat  
aër quam maxime; qui enim eundem mox  
admiserant, suo exemplo experiebantur  
idem, quod Medici BEROLINENSES anno-  
tarunt, cum febres exanthematicae Berolini  
Infantibus familiares essent: *Infantes*, dicunt,  
*intereunt, si exponuntur frigori.* Adultorum nemi-  
nem febris hæc corripuit, unis infantibus fu-  
nesta. *Succedebat eidem mense Septembri Fe-*  
*bris Epidemica intermittens.* Utique mirandum  
est, morbo aliquo stadium absolvente, quasi  
alium in eius locum surrogari. Infolens hoc  
non esse plures obseruarunt. *Acta BEROLI-*  
*NENSIA*

*NENſIA Medica Vob. IV. pag. 27.* referunt, ceſſantibus morbillis anno huius ſeculi duodevegeſimo *dysenteriam* coepiſſe vagari; LANCISIUS pariter practicum habet exemplum, *Operum Tom. I. pag. 96.* Narrat is cum anno quinto huius ſeculi mortes ſubitanæ Romæ ad modum frequentes eſſent, Febre neminem mortuum fuiſſe; febris contra ea acutis et letalibus pectoris morbis plures extinctos fuiſſe, poſtquam mortes ſubitanæ rariores eſſent. Eſſatum HIPPOCRATIS huc quadrat, quo legitur *libr. de Humorib. §. 7. Qualia ſunt tempora, tales etiam ſunt morbi conſtitutiones ex ipſis; ſi tempora tempeſtive et ordinate ſe habuerit, morbi iudicatu faciles ſunt. Vernaculi autem temporum morbi indicant mutationes; et prout variaverit tempus, ſimiles aut diſſimiles erunt morbi, qui in hoc tempore oriuntur.* Hæc HIPPOCRATES. *Humidum nimis ærem Febrem hanc excluſiſſe certum eſt. Frequentiſſimæ enim cadebant pluvix tum temporis, imo horrendi imbres diluvium paſſim exhibebant. Quantum damni fecerimus ubique notum eſt. Optime Vir immortalis laude dignus HOFFMANNVS Halenſis Profeſſor mentionem facit eiſmodi damnorum Medic. Rational. Systemat. Tom. II. Cap. IV. pag. 220. ubi Exemplum, inquit, ſingulare noxiæ inundationis in noſtris regionibus exhibuit annus 1712. dum magnam inundationem ſuſceptorum exceperit immanis æſtus per ſex dies poſtea frigus, rursus per decem dies intenſiſſima erat pluvia. It, qui ſe libero Aëri præſertim nocturno commiſerant, febre corripiebantur, cui ingens ſirium languor, dolor capitis, dorſi, in præcordiis anxietas, crebra*

Remittit, in nonnullis delirium, iuncta erant, in quibusdam symptomatum Seheimentia se remittebat, in paucis intermittebat, in plurimis erat pectoris oppressio. Sed haec Lues Six per quatuor vel sex dies persistebat, et oris efflorescentia, vel sudore sponte oborto terminabatur. Nulla fere erat Berolini comus, in qua non aliquot aegrotabant, sed paucissimi moriunt, nisi ex alio morbo complicato. Haec febris epidemica tota r. Marchiam & Ducatum Magdeburgicum, Thuringiam quoque infestabat. Et Chronologia nostra Halensis nos luculenter docet, nunquam fere hic a multis retro annis, epidemiam & pestimum morbum grassatum fuisse, nisi semper in us fluvii Sala ditundium & inundatio praecesserit. Memorabilis etiam est observatio RAMAZZINI, quae extat in Miscellaneis VRIOSIOR, NATVR. Dec. II. Anno IX. ubi ex copiosis pluvius facta inundationes et stagnationes aquarum produxerant Tertianas & rebelles febres, quae indiscriminatim homines, cuiusque sexus, aetate, & etus rationis, temperamenti & vitae generis fuerunt, occuparunt.

Divinatione igitur nil opus est, ut causam sciamus, quam fuisse saepius dictum est Aërem vaporibus aqueis totum plenum. Ea quidem Febri multos, nulla sexus aetatisve habita ratione, exercebat, adeo ut tota nonnunquam aegrotaret familia. Quamprimum unus Contubernalium morbum sentiebat accedere protinus ceteros tanti mali habebat socios. Tum Paroxyfmi cum reliqua Symptomata aliis erant alia. Dira quosdam Symptomata per longum tempus multarunt. Aliqui morbum facile ferebant. Qui optimo abundabant sanguine cum febre diu conflictabantur. Pauci moriebantur eorum, quibus, medici opera uti licuit. Aliis non adeo felici-

lici-

licibus, legumque victus rationis non peritis illuc abundum erat, unde quemquam redire negant. Senibus febris mortem denunciabat, raro non subsequenter. Recidiva ut plurimum febris erat, in victu, potu et usu aëris modum non tenentibus. Quinquies rediisse animadverti. Severam ideo victus rationem præcepi, memor verborum CELSI *Lib. VII. Cap. XVI* dicentis: *Si Febris quærit, die eius diei meminisse oportet, eoque vitare frigus, calorem, crudelitatem, lassitudinem. Facile enim reciditur, nisi a sano aliquamdiu timentur.* Experientissimorum Medicorum vestigia secutus, ac Viri imprimis mea laude longe maioris HOFFMANNI, optima methodo mederi conatus sum morbo. Plurimi igitur pristinam recuperarunt sanitatem, Deo annunente. Nonnunquam tamen febris nullis cedebat pharmacis. Unde id evenerit, me latet. Neque enim licet ex ægris diligenter victus rationem sciscitarem, causam expiscari datum est. Talibus leges Diætices follicite observandas suasi; a Domesticis medicamentis abstinere iussi; vim naturæ medicam morborum finituram affirmavi. Non vanum fuisse augurium, eventus docuit. Id unum addo: gravius omnes ægrotasse, maxime infantes, qui prius stomachum cibis farferant, quam febris accederet. Veritatem *Aphorismi II. Lib. I.* hæc demonstrabant, ubi HIPPOCRATES, *In Aëresionibus*, inquit, *cibo abstinere oportet, nam illum adhibere noxium.* Videatur *Programma* STAHLI-

H 3

NVM:

NVM: *De abstinentia ciborum. praecipue carniū in febris.*

Hæc erat facies *Febris Epidemicæ* apud NOS grassantis, quam *alibi pestem* dixerunt. Nulli certe urbi id vitio vertendum est, si pestem caveat quam diligentissime. Facit Magistratus quod suarum est partium, dum peste laborantes in urbem admittere abnuit, civibusque suis, ne cum ejusmodi hominibus ipsis aliquid commercii sit, interdicit, cum merces ex ejusmodi Regionibus allatae certo certius contagione noceant. Sed impium est atque inhumanum eam urbem peste correptum affirmare, ubi febris tantum epidemica furit, quæ dimidiam fere Europam pervagatur. Plurimifateor, apud nos mortui sunt, sed pauperes fame enecti, sed extrema senectute confecti. Neque funerum frequentia plebis sententiam confirmat, quæ sic argumentatur: Apud ZDVNENSES multi fati concedunt; Ergo peste laborant. Quis hunc probet Syllogismum? Quicumque homines, ubi ubi terrarum degant, sveltis carent alimentis, eosdem famis comes Mors adoritur. Gravis ipsa morbus est Fames. Hæc robustissimorum vires prosternt; hæc viscerum elaterem siue tonum labefactat, eademque arctat. Hæc humores corporis exsiccat, vitæ fontes perennes. Potest sano sensu febris ejusmodi Pestis dici. Signa interim, quæ alias pestem indicant, Febris de qua loquimur, Epidemica non prodidit.

Qua-

Qualia hæc sint omnes norunt, qui vel ipſo olim eadem viderunt, vel lecto hoc illovelibello patrio ſemone conſcripto, didicerunt. Plebeiorum hominum in gratiam Deſcriptionem horrendæ huiſ ſubnecto, cuius ope in poſterum rectius retiocinentur. Vtar verbis D. CHRISTIANI WEISBACHII, qui in libello germanico, quem inſcripſit: *Vera & ſolida omnibus morbis humani corporis videndi methodus* ( *Wahrhafte und Gründliche Cur aller Krankheiten* ) ſequentia habet, pag. 476. *Pestis eſt febris continens, acutiſſima, qua natura Venenum ſubtile & periculoliſſimum eliminare conatur, ſive id per ſalivam, ſive per cutis poros, corpus intraverit. Sanguinem id, & partes ad vitam ſumme neceſſarias inſe adit, certiffima putredinis futura cauſa, niſi naturæ ſi ad Peripheriam corporis propelleretur. Unde ſi ſalutari modo febris iudicatur, tertia, quarta, aut ſeptima die, in cute ſel colli, ſel pectoris, ſel inguinum, ſel ſub axillis, ſel pone aures, tumores peſtilentis protruduntur Carbunculi diſti, in quibus Venenum corpori inhaerens colligitur.* Ubicunque hæc ſigna in conſpectum veniunt, peſtis adefſe conſenda eſt. Apud nos, quæ Dei gratia eſt, horum nihil obſervavimus. Sileſii quidem finitimi neſcio de quibus tumoribus peſtilentibus ſubinde murmurabant, ſed vulgi plane inſipientis fallebantur ſermonibus. Iam nunciatum erat, vicinos proximos finibus ſuis nos exefſe iubere, cum laudatiſſimus urbis noſtræ Magiſtratus vanam hunc rumorem conſeſtim conſutaret. Eiuſdem rogatu nempe hiftoriam graſſantis apud nos morbi chartis mandari, ea ſine, ut Sileſii meliora edocerentur. Teſtimonii formula ſequens



sequens erat: Prudentissimus urbis huius ZDVNENSIS Germanicae Senatus amice rogavit, ut ingenue indicem, num Vera sit, quae plurimum sermone celebratur, fama pestiferam nempe lucem urbem nostram depopulari. Ego igitur Medicus huius urbis ordinarius, auctus in consilium iussu Consulis & Senatorum Chirurgis duobus, Deum testor, peste, utpote cuius nulla usquam signa occurrunt, nostrum neminem laborasse; nec ullum nobis morbum hoc anno familiarem fuisse, si febrim exceperis epidemicam, quae apud finitimos pariter Silesios saevit, quorum multis operam addixi meam; moriuos fuisse senes maxime deponianos atque Infantes, nec non pauperculos homines alimentis carentes; nullam vero occurrisse Carbones aliunde signa pestifera. Mentuntur itaque qui famam hanc dissiparunt, cuius extinguendae causa hoc diploma edere, omnesque bonos monere solimus, falsam fuisse suspicionem. In cuius rei fidem, Ego una cum Chirurgis duobus, nomina nostra subscripsimus. Factum id est apud ZDVNENSES Mensis Novembris Die XIV. A. O. R. MDCCXXXVI

Apologia hac publici juris facta moniti Silesii, ZDVNENSIVM commercia neminem vitare iusserunt. Vnde unius alteriusve scurrae narrationibus fidem non statim adhibendam esse discamus, praesertim si de salute alicujus Urbis sermo sit. Apparentibus enim contagionis signis, meum fuisset protinus haec talia referre senatui, qui cautelis omnibus tanto malo occurreret. Rebus vero longe aliter se habentibus, nefas ducebam, Vrbi huic eam inurere maculam; palam potius profitebar, quid rei esset.

Vides B. L. quantum sit facinus urbem aliquam nulla cogente ratione suspectam redere.

dere. Temerariis igitur Judiciis abstineant omnes & firmiter sibi persuadeant, quod artificii in sua arte sit magis credendum, quam illis, qui nunquam artis elementa degustarunt.

Orandus imprimis est Deus, ut periculosos quosvis morbos avertat, ac sanos potius nos seruet, atque incolumes. Qui pauper-culum suorum gregem adhuc tutatus est optime, idem ille Deus & impostero præsto fit, efficiatque, ne ulla unquam Pestis nobis noceat

*Num. II.*

### Relatio Medica

*De Cadaveris, non ab exhibito, ut præsumtum est Veneno, sed Febre Epidemica demortui, sectione.*

**S**ATYRAS nostras legenti ex animo plane nondum excidisse, *Historiam horrendi per Veneficum perpetrati Parricidii Spec. V. Mantiss. num. II. pag. 91. seqq.* relatam opinamur, cuius quasi appendix, in hunc locum studio seruiata habendus est, quem mox enarrabimus casus, ab eodem Excell. KVNDMANNO nobiscum communicatus.

P. P.

**D**ie XXVI Aprilis Anno 1737. iusta prius facta requisitione, Cadaver IOHANNIS HENRICI DONATI Sartoris, viginti quatuor circiter annorum Viri iuuenis, qui  
tribus

tribus abhinc, præter unum qui deerat diem, septimanis, *frigidam* ab ELEONORA BARTSHIA (\*) viginti annorum puella, *allatam et oblatam biberat*, seque e vestigio male habens, de doloribus abdominis lancinantibus, deinde vehementissimo aestu subsequente, et vrgentissima siti conquestus, die XXV. præfati mensis mortuus est, dissecui. Quum vero supra dicta Puella, Parentem, Nouercam, Sorores, fratremque *Cobalto exhibitio* necauerit, et allegatus vir octo diebus ante commissum facinus infelici patri socias in laborando præbuerit manus, familiæque adscriptus fuerit, (als Geselle daselbst in Arbeit gestanden) sectio instituta est, vt adpareret, vtrumne is etiam ex accepto Cobalto vel pari veneno, an alia de causa extinctus sit?

*Cadauere* quoad *externum habitum* curiose examinato, neque intumescencia, neque vices, neque maculæ cœrulescentes, neque aliud hausti veneni indicium adparuit.

*Aperto vero abdomine* ventriculus circa oesophagi insertionem leuissime inflammatus obseruabatur, quæ inflammatio ad internam etiam superficiem penetrauit, nec tamen talis erat, qualem in reliquis ex Cobalto mortuis notauimus. Præter hanc nil nisi qua-

(\*) In supplementum Historiæ non tacendum credimus, quod hæc Parenticida paulo ante Paschatos festum An. qui agitur, 1738. ignita forcipe in utroque prius brachio vltulata, abscissa deinde manu dextra, capite plexa iustam criminis peracti poenam lucrifecit.

quatuor satis magni lumbrici teretes in stomachi cavitare reperiri potuit. Externe autem ventriculi et intestinorum tenuium parietes nodosæ quædam coloris dilute viridescantis excrescentiæ obsidebant. In intestinis, iis præfertim in locis, quæ fusci coloris et magis distenta erant, eiusdem generis lumbrici hospitabantur. Vesicula fellis magna, ipsos abdominis musculos virore infecit; Vesica urinaria nihil peregrini aluit.

*Thorace* aperto Pulmones sinistrorsum Pleuræ cohærentes arcte. Nodis Tophaceis obsessos; Vasa pulmonalia ultra modum tumida & cruore infarcta; In cavitare pectoris multum lymphæ extravasatæ, flavescens; Parum sanguinis intra Cordis thalamos grumosi; Hepar & reliqua viscera a naturali statu non abludentia notavimus.

Quæ quum ita sint; & ex hæcenus recensita viscerum conditione, *Veneno* inter frigidam quam primo hausit, vel alio modo accepto, *peremptum* certo non constat, nisi quod venenum aquæ mixtum insolutum restitasset, et ideo, ut alias erodendo solet, neque in œsophagi, & ventriculi, neque intestinorum cavitare vlla post se relinquere inflammationis aut sphaceli signa potuisset, credi velit; Virque præterea per tres fere septimanas, post suspectum aquæ frigidæ potum vixerit: Probabilibus videtur *hunc*, tanquam subiectum vermosum, *frigida a se pota* dolores colicos sibi excitasse; leuissimam vero inflammationem ventriculi externam eiusdem superficiem inagis occupantem, tutius ex Febri, in præsentî epidemice grassante, maligna, catarrhali, causam humorum putrescentiam agnoscente deduci posse, quam imprimis æger durante morbo, *frigidam* corpori febrili aestu flagranti copiosissime infuderit. Hanc ratione inflammationis sententiam, Illustris HOFFMANNVS Halensis Medicinæ Professor, *Medicin. Consult. Dec. V. Cas. VI. pag 251.* confirmat; ubi, *welchem erfahrenen Medico ist wohl unbekandt,* inquit, *daß auch die inflammationes Ventriculi et intestinorum zulezt bey andern Krankheiten, und bey acutis* (multe

(multo magis malignis) zuschlagen. Quum porro his febribus, *humorum Serjus pectus congestiones* satis familiares reperiantur, prout ex eiusdem angustia, et compressione, respirationis anxietate, tussi, et in nostro subiecto, valorum pulmonalium infarctu luce meridiana clarius adparet; consequens est, ut materiae serosae, intra cavitatem thoracis contentae et extravasatae, copia, potius his, quam accepto antea veneno adscribenda sit. Suum etiam ad viri mortem contulisse videntur Symbolum, nodi pulmonum tophacei, et excrecentiae nodosae virides. externum stomachi parietem vestientes, quo Febris, in se spectata, iam periculo plena, subiectum habitu corporis macro, minusque robusto, & interiorum partium labe praeternaturali praeditum facilius ingularet. Hæc &c. Act. Wratisl. d. VII Maii An. 1737.

## SCHOLION.

Ita nos Desiderio tuo B. L. satisfecisse putamus, quo exactam succinctamque *Febrium Epidemiarum* habendi notitiam flagasti. Integrum *praesens specimen* diro hui morbo dicatum est, ut quis qualisque fuerit et TIBI et posteritati innotescat. Viuorum corporum Lue epidemica laborantium, mortuorum etiam, quatenus in oculos incurrebant, aut coniecturis adsequi potuimus *Phaenomena* candidè expostita sunt. Nunc quid intus latuerit detectum legas. Partium interiorum, membranacearum imprimis, Inflammatione Febribus acutis superuenientes, etiam levissimas, iugens secum adferre periculum DONATVS noster testatur. Lymphae extra uasa hærentis & flavescentis copiam intra pectoris canuum secretam, si humorum putrescenti dissolutioni adscribas forte parum a veritate recedes. Nodi viridescentes, vtrum morbi sint effectus, an causa, iudicatu difficile videtur, licet mens nostra, si extorqueas sententiam, magis ad prius quam posterius inclinet. Bilis inconsuetam, virore ipsos abdominis musculos tingentis, copiam, anam forte dedisse febri, non incredibile habetur, quamuis certo demonstrari nequeat. Lumbrici nobis, non ipsam quidem excitasse febrem, eam tamen periculosiorem effecisse, merito creduntur. Tale etiam iudicium esto de tophis pulmonalibus. Addere plura verat spatii angustia. COLLECTORES,

TANTVM.

# INDEX.

- Obf.** I. Anno 1737. Wratislaviae demortuorum Index. pag. 3
- II. Succincta Februm Epidemicarum Wratislaviae 1737. grassatarum Historia. 38.
- III. D. Johannis Josephi Rolle, Morbus Epidemicus, Incolas Niffenses terrore panico magis obruens, eosque per Aprilem Maium & Junium infestans, quam ipsis verè exitialis existens. 38.
- IV. D. Gottl. Oelsneri, Relatio Medica, de Februm Epidem. Dynastiam liberam Wartenberg. haectenus infestantium praesenti statu. 68.
- V. D. Christoph. Timothei Burghart, Relatio, de Febris Epidem. 1737. in Diocœsi Reichenbacensi grassantibus. 83.
- V. Trias Casuum, Febres Wratislavienses Epidemicas spectantium. 98.
- A. Febris Epidemica sudoribus & narium hæmorrhagia soluta. *ibid.*
- B. Febris Epidemica Exanthematica stipata. 92.
- C. Febris exanthematica letalis. 95.
- IV. D. Gothofredi Henrici Burghart, Trias Casuum, Febres Epidemicas miris symptomatibus stipatas exhibentium, 98
- A, Puel-

A. Puella quinquennis Febri Epidemica periculosa brevioris periodi laborans. pag. 99.


B. Puerperium Febri Epidemicæ superueniens. 102.

C. Febris exanthematica, diarrhœa colliquatiua superueniente, letalis. 105.

### MANTISSA.

Num. I. D. Sigismund Ferdinandi Meisneri, Breue & candidum examen medicum vulgaris prouerbii, quo dicunt: Quod bellum fames et hanc pestis consequatur: accedit Enarratio maxime necessaria Morborum, quibus An. 1736. Ciues Zduenses laborarunt plurimi, quosque contagione nocere opinati sunt nonnulli; sed falso. 109.

II. Relatio Medica, de Cadaueris, non ab exhibito, ut præsumtum est, Veneno, sed febre epidemica mortui, Sectione. 125.










f. 5. p. 103. dff. 5.  
p. 103. dff. 3.  
p. 95. dff. 3.  
p. 103. dff. 7.  
p. 103. dff. 1.  
p. 128. f. 1.  
p. 110. f. 1. dff. 2.  
p. 162. f. 11.





the scale towards document

noſtri ſolaris ſyſtema-  
te, vno verbo, planetae,  
m ſtellam fixam, tan-  
vagantes, & propter  
tae ſuae, ſiue illa circu-  
ſue parabolica fit, per-  
oſtrum ſyſtema aduena-  
m extendentes & ſic in  
m venientes, moxque  
li, ſub quo cernuntur  
parbatos, vel caudatos  
deeffe ipſi videntur ar-  
m eandem haud plane  
entia, modo ex obser-  
t, Cometam ſupra Sa-

OLION.  
xplicando Cometarum  
omenis maximam par-  
nam hypotheſin adopta-  
uod de mutatione cor-  
in Cometam, & deſtru-  
er Cometam dicit, non  
n inuenerit. Curioſum  
aetermittendum, quod  
*Sinopſ. Cometic.* habet,  
tentiae robur aliquod  
. Nam Cometarum  
dos, vbi ſcilicet eorum  
orbitae telluris inter-  
ſecat,